

29, 30

Zur
öffentlichen Prüfung der Schüler
des hiesigen
Gymnasiums zu St. Maria Magdalena,
welche
am 6. und 7. April
in dem Prüfungssaale veranstaltet werden soll,
sowie
zu der Redeübung am 8. April
ladet ergebenst ein
Dr. Albert Beinert,
Prorector und zweiter Professor.

- 1) Praefationis in Senecae tragoedias nuper editas supplementum.
Scripsit R. Peiper.
- 2) Schulnachrichten, verfasst vom Prorector.



Breslau, 1870.

Druck von Grass, Barth und Comp. (W. Friedrich).

96r
27 (1870)

114

Öffentlichen Prüfung der Schüler

Gymnasiums zu St. Maria Magdalena

am 6. und 7. April



in dem Prüfungsausschuss veranstaltet werden

zu der Redeabhandlung am 6.

Dr. Albert Reiner

Professor und zweiter Professor

1. Redeabhandlung: ...
2. Redeabhandlung: ...



Dresden 1870

Verlag von G. Neumann, Neudamm (W. Reclam)

Cum propter spatii angustias breuius aequo de quibusdam rebus grauissimis disputandum fuisset in praefatione exemplaris teubneriani editi a. h. s. LXVII^o, de aliis prorsus tacendum, hanc datam occasionem nolui praetermittere lacunas illas saltem ex parte explendi. Atque primum quidem quid de ipso tragoediarum auctore, quem L. Annaeum Senecam Neronis moderatorem esse ibi pro certo posuimus, ex codicibus mstis atque auctoribus ueteribus appareat, uidetur promendum.

Namque philosophum aperte produnt uulgares libri, quorum in titulo Lucii annei senece cordubensis habetur, in Florentini libri archetypo ab homine quodam, cui dubitatio mota erat, Lucio praefixum erat Marci nomen, unde geminum istud praenomen et in ipsum Florentinum et in libros hinc inde ex melioribus correctos transiit*). Nec difficile est dictu unde ista dubitatio sit orta atque quo tempore. Nam cum nemo diserte quis Seneca ille tragoediarum auctor fuerit tradidisset, Sidonius non recte intellectos Martialis uersiculos I 62 „Duosque Senecas unicumque Lucanum“ III 40 „docti Senecae ter numeranda domus“ imitatus, quia Senecae patris merita claritudo filii dudum obliuione obruerat, donec Lipsius Electorum I 1 memoriae eius sospitator existeret, philosophum et tragicum pro rhetore et philosopho, qui idem tragicus erat, nominauit VIII 231. Igitur qui philosophi nomen, quod aetas tulerat, praefixum uidebat fabulis nouem, lecto Sidonii loco errorem librarii suspicatus tragici nomen commentus est Marcum, siue aliunde doctus siue ex libro ad Heluam de consolatione 18 4—6 philosophi filium**) sic appellatum eundemque fabulas illas conscripsisse arbitratus.

*) Marci Lucii Vindob. 211 Rehd. 11 uide praef. XXXIII XVIII.

inuerso ordine Lucii Marci A. S. cod. Germanensis (Coislin.) 269.

Lucii Octauiae codex C, P, R 10, Wratislavienses duo, Neapolitani conplures, Montis Casinensis 392 et sic Aldhelmus, cum ceteri grammatici aut solum Senecam, Terentianus Annaeum, Paulus Diaconus Senecam tragicum, Statium autem Ibis interpretes et Seruius appellauerint.

Marcum solum agnoscunt Cod. Toletanus (Haenel p. 994) s. XV, unus Commelinianus.

**) sed ibi et in epigrammate VIII^o de Lucano potius dicere Senecam et Fr. Haasius in indice et Genthius in comm. de uita Lucani p. 17 s. statuerunt. praeterea cauendum ne quis Marci patris uestigium in titulo libri Etrusci deprehendere sibi uideatur. nam huius et philosophi praenomen, si libris scriptis maximeque Bruxellensi uetustissimo fidem iniuria tam diu negatam hac in re tribuimus, idem est. et haec erat J. Lipsii sententia a qua male abierunt A. Schottus alii. sic, si exempla in notissima re afferre licet, Marci Tullii Ciceronis et pater et filius erat Marcus, Quinti filius Quintus.

Vix est quod de Publio praenomine dicamus quod in recentioribus quibusdam libris aut solum aut coniunctum cum Lucio similem per errorem inuenitur:*) nam haec sine dubio uiris doctis italis, quos inde a Lino Colucio Pierio Salutato (1330—1406)**) has quoque quaestiones non sine fructu tractasse scimus, debentur.

In utroque igitur satis antiquo fonte tragoediarum Lucius cum extet, quid quaeso obstat, quominus etiam Quintilianum Inst. VIII 2 8 „ut Medea [u. 454] apud Senecam „quas peti terras iubes“ Lucii philosophi fabulam laudasse credamus? Sane errant qui nudo Senecae nomine philosophum tantum a Quintiliano significari uolunt, nam VIII 2 42 „ut et Seneca in controuersia“ adposito operis titulo Seneca pater diserte significatur eisdemque esse uidentur quae leguntur VIII 2 98 „et est a Seneca dictum eleganter non patronorum hoc esse sed testium“***): at non minor eorum est error, qui si re uera philo-

*) Publii Florentinus 7 9 10 et inscriptio Hercules in R 10.

Publii Lucii Vindob. 212. Lucii Publii ex uno Palatino Commelinus afert. in permultis libris praenomen desideratur. „Senecarum tragoediae“ recens uidetur titulus Vossiani cuiusdam (Montfaucon 680c).

**) De eo uid. Mehusii Vita Ambr. Trauersari, G. Voigt: Die Wiederbelebung des kl. A. Berlin 1859 p. 116—126. Vitam Colucii a Mehusio scriptam (Flor. 1741 8) non uidi. Illustre Colucii opus erat de laboribus Herculis „cuius primo libro mentem primae tragoediae (Herculis) allegorice exponit moresque format, in altero labores Herculis eodem Seneca eodemque usus allegoriae ope latissime prosequitur. Inter haec in carminibus tam Virgilii quam Senecae multas admodum easdemque nouas allegorias aperit.“ idem ni fallor liber est de quo Ludouicus Tieckius egit Serapei t. I 59 sqq. „Los Trabajos de Hercules“ inpr. Zamorae a. 1483 Burgis 1499: Tieckius saltem hispanice factum ex latino quodam libro putat. Criticam artem Colucium facitasse cum ex eo intellegatur quod de codicum uitiis eorumque origine rectissime disserit (Mehusii Vita Ambr. Trauersari p. CCXC) tum ex eis quae de tragoediarum auctore agit non tam in prooemio illius libri, quod habes apud Mehusium p. CCCI („tam curiosae fabulae quam nobis ille Cordubensis Annaeus Seneca non Neronis monitor ut plerique etiam peritissimi arbitrati sunt, sed ut opinor germanus eius posteritati reliquerit perlegendum“) quam in longiore epistula quae ex tragoediarum codice Laurentiano plut. XXXVII n. V. (Montfaucon p. 315) deprompta legitur in Colucii epistularum sylloge ed. a Joh. Rigaccio Florentiae 1742 t. II n. XLI p. 121. ubi Petrarcae aliorumque sententia reprobata maxime quod Octauiam a philosopho compositam non posse intellexisset, pergit: „Quae cum ita conueniant et idem Octauiae et ceterorum auctor esse putetur, mihi facile persuasi illum Senecam tragoedias non scripsisse. Inueni siquidem in glossa, quam in Annaeo Floro perlegi, fuisse Lucium Annaeum Senecam, et Lucium Annaeum Melam germanum filium, ac Marcum Annaeum Lucanum Poetam dicti Melae filium, quibus forte propter Senatorii candidatus honorem, quo Lucius Seneca suis proluxisse refertur, et Senecae fuit exhibitum cognomentum, aut ex Lucii Annaei nominibus, quibus Seneca et Mela comuniter notabantur, non duo, sed unus apud posteros reputati. Quidquid fuerit, id mihi certum non est habeo testem assiduam atque opulentum Sidonium, uelut qui in uersibus suis [VIII 231] manifeste testatur alium fuisse Tragoediarum scriptorem, quam monitorem Neronis“. Hinc „Mele Senecae Cordubensis“ inscriptio nata in cod. Florentino l. — Restat ut locum quendam ex Pseudo-boetii (Thomae Cantipratensis) de scholastica disciplina libro corrigam, quem Colucius sic exhibet: Virgilii prolixitas, Statii urbanitas, Senecae Tragoedia etc.“ nam quotquot ego uidi libros scriptos et impressos, sic praebent: „Senecae tarditio, inexplatio Lucani, Virgilii prolixitas et Statii urbanitas, dura Flacci translatio, durior Persii editio, Marciani non indigna laesio, Nasonis discretio sunt indaganda memorialique cellulae commendanda.“ Quibus in uerbis quid sit tarditio frustra quaesui. an traditio scribendum? quamquam hoc sic interpretatur auctor artis dictandi quae est in cod. membr. Wratislaueri I Q. 102 s. XIII f. 205b: „Traditio est quando idem crebrius repetitur uaria significatione propter continuam orationem. ut in sanitate decore cura ne diuersa ueniat tibi cura. et dicitur exanadosis.“

***) rhetori Bonnellus dat in lexico quintiliano, philosopho idem in ed. Teubneri, desunt uerba in philosophi fragmentis quas conguessit Fr. Haasius.

sophus tragoedias scripsisset, Quintilianum earum mentionem facere debuisse contendunt libro X^o ubi de philosopho ille disputans poemata commemorat. Nam nec praeter Medeam ceterarum Quintilianum notitiam uel potuisse uel debuisse habere probabit quisquam neque tantum Medeae fuisse Quintiliani aetate dignitatis, ut ex poematum numero disertis uerbis fuerit recensenda. Equidem alterum eiusdem auctoris locum VIII 3 30 s. „Fingere . . . Graecis magis concessum est . . . nostri aut in iungendo aut in deriuando paulum aliquid ausi uix in hoc satis recipiuntur. nam memini iuuenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragoedia dici oportuisset. At ueteres ne expectorat quidem timuerunt, et sane eiusdem notae est exanimat.“ de praefatione illa qua ipsius Medeae recitationem exorsus est Seneca intellexerim. proledebat autem in istis praefationibus de uariis rebus siue ad auctorem pertinentibus siue ad opus quod ille erat recitaturus.*) sic Lucanus prima ingenii experimenta daturus praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio comparabat**), sic ni fallor Seneca ut sua extolleret carmina, Pomponii auctoritatem infringeret, eius licentiam atque imitandi ueteres studium uituperabat***) Pomponioque defendendi se alius recitationis exordio officium inposuit. Tales autem disceptationes ex utriusque atque Quintiliani uita circa a. 802 (49 p. Ch.) ueri simile est ortas esse, quo tempore florebat Pomponius (cf. Tacitus A. XI 13 XII 28), Seneca ex exilio reuocatus erat, Quintilianus autem natus c. a. 34 admodum iuuenis Romae erat. Qui cum postea in Hispania degeret usque ad a. 68, quod non plures tragoedias recitantem audiuit Senecam nihil profecto est quod mireris. Sed ne quis plures tragoedias Medeae auctorem scripsisse fictum a nobis putet, addimus Herculem furentem neronianis temporibus compositum. nam Terentianus quod ait u. 2135 s.

In tragicis iunxere choris hunc saepe disertum

Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus

Lachmannus p. XII quocum consentiunt recentiorum tantum non omnes (unum nomine Westphalum griech. Metrik II 2p. 71 et 91 adnot.) acutissime uidit uocula ante Terentianum poetas illos non secus ac u. 1960 et 1965 Euripidem et Pomponium ut priscos significasse, quorum locos non ex ipsorum operibus sed ex fonte suo nempe Caesi Bassi****) repetiuerit

*) de eis cf. E. Chr. G. Weberi comm. de poetarum romanorum recitationibus. Vimariae 1828 p. 28. Hoc loco Quintiliani praefationes librorum intellexit Weichertus Rell. p. 74, rectius sentiebant Vossius et Welckerus p. 1440 quos secutus est Buxerius. (G. Boissier: Les tragédies de Sénèque ont-elles représentées? Paris 1861 p. 8). uid. Plinii epp. I 13 II 3 III 11 Martialis III 18.

**) „et quantum mihi restat ad Culicem“ Suetonii rell. p. 299 13 R. ubi uersum non agnosco, quem uu. dd. deprehendisse sibi uisi sunt.

***) uerba illa „gradus eliminat“ necessario inter pomponiana fragmenta referenda sunt; in incertorum incertis recensuit Ribbeckius p. 230. Non autem Pomponii reliquiarum numerum augendi studium nos ducit; nam uersum quem Lactantius ad Statii Theb. X, 841 adposuit ex armorum iudicio sumptum: „Tum prae se portant ascendibilem semitam“ non esse Pomponii et ego adfirmare ausim et dudum statuerunt uiri docti. uid. B. Schmidt M. Rh. XVI 586 sqq. obloquuntur enim et metricae rationes et ipse sermo. atque mihi uidetur Lactantius Attii ueri auctoris nomen cum Attico Pomponio confudisse. Neque etiam Atrai fragmentum quod seruauit Nonius 144 24 Pomponio Secundo concedam, cum uix sit uerisimile illius aetatis tragicos tetrametris usos esse. et hoc igitur Attio fortasse uindicandum, ceterum sic emendatum uelim: „stirpem ut euoluas meorum ortumque notifices mihi.

****) de quo uide O. Jahni Proll. in Persium XXVIII f. et ad sat. VI 1 p. 211—14, Westphal l. l. p. 34.

libello. Quem Caesi librum Neroni dicatum Rufinus de metris comp. p. 379 („Bassius ad Neronem de iambico“) auctor est. igitur et Hercules, cuius uu. 875—77 a Terentiano u. 2666—76 unusque iterum 2786 proferuntur, quin ante Neronis obitum uel recitata sit uel edita non dubito, tertiumque Senecam praeter rhetorem atque philosophum his temporibus extitisse scriptis celebrem quominus putemus Martialis loci supra adlati prohibent.

Priusquam Senecae tragoediarum corpus conficeretur, unam alteramue tragoediam ab ipso Seneca editas uideri diximus praef. p. V adn. Nam cum totum corpus iam primo p. Chr. saeculo emissum esse nobis non possemus persuadere, unam prae ceteris tragoediam Oedipum dico cognitam fuisse ante hoc tempus et quidem quintiliana aetate experti eramus. quod demonstrat imitatorum par illud Statius et quisquis auctor fuit duodecimae earum declamationum quae ex Quintiliani schola prodierunt. enimvero ne quis W. Braunii sententiae subscribat qui Statium potius ab auctore Oedipi excerptum nuper censuit M. Rh. XXII 270—275, accuratius Thebaidis III a u. 406 conferat, ubi quae noster Oed. 394 sqq. 530 sqq. fieri iubet sacra, Statius sic amplificauit, ut nec Senecam ex Statio nec utrumque ex alio poeta haec uertisse, sed Thebaidis auctorem Senecae fabulam secutum intellegatur.

Inde a neroniana aetate magica illa sacra prioribus non ignota (Horat. S. I 8 28 Cic. Tusc. I 16 37 Diuin. I 58 132 in Vatin. 6 14 Tac. A. II 28) et fieri saepius et describi coepta constat (Lucan. VI 642 sqq. Sil. XIII 404 sqq. cf. I 94, Preller röm. Myth. 768). ipse imperator trucidatae matris manes euocasse narratur Sueton. 34. Nihil igitur mirum quod tragoediarum auctor, quem sui temporis indicia tam multa dedisse infra monstrabimus, et huius superstitionis insigne exemplum descripsit, neque hoc, cum non praecesserit Sophocles in Oedipo, ex Aeschylo, quae Schneidewini erat opinio (die Sage vom Oedipus Gött. 1852 p. 50) neque ex Euripide uel alio graeco fonte, sed ex sua ipsius aetate, ut dixi, hausisse credo, ceterum ex Homeri *ῥεχμία* non pauca mutuatum, quem et aliis locis respexisse nostrum ostendi Obs. p. 10 s. Sed ut Oedipum hoc aeuo scriptam rationibus supra positis nondum euictum credas: Senecam ubique ex Ouidio atque etiam Vergilio multa adsciuisse praecipue in Oedipi fabula atque hac ipsa eius parte certissimum est neque fugit haec res Braunium; desunt autem loci quibus aetatis neronianae poetas ut Lucanum secutum eum probetur. Igitur cum Braunius non semel auxisse Senecam concedat quod indicatum breuiter erat a prioribus ut a Sophocle uel Euripide (cuius rei ipse luculentum exemplum multo ante Braunium proposueram Obs. 10—18), sibi non constare ille uidetur, cum statianos locos potius in artum contraxisse Oedipi auctorem sibi persuaserit p. 272 274*), quam Statium ampliasset quae apud Annaeum inuenerat. Supersedeo accuratam conlationem inter annaeanam statianamque descriptionem instituere, quamuis per multa quae ad rem faciant omisisse illum uideam: hoc tantum uelim animaduertas Statium ex aliis quoque Oedipi partibus non pauca in illum locum congressisse, uelut canum ululatus Oed. 181 Stat. 429, consanguineas acies Oed. 759 = 434 553 Oed. 761 = 557 unde paululum fortasse remedii adferre huic Senecae cantico poterit cui acrius est ingenium. priorem autem huius choricam partem quae est de Cadmo, lucri quidquam facere posse con-

*) cf. Stat. III 473 = Oed. 572 St. 500—19 = O. 580 sqq. St. 556 565 = O. 599 621 idemque animaduertes in his: Stat. 406—18 = Oed. 394—401.

fido ex Statii III 179 sqq.: „Saepe quidem infelix uarioque exercita ludo Fatorum gens nostra ruit, sidonius ex quo Hospes in aonios iecit sata ferrea sulcos. Unde noui fetus et formidata colonis Arma suis“ et q. s. ubi quae paucis interiectis sequitur de Actaeone et Niobe mutatis querela a u. 201—206, iam a Statio lectos eo loco demonstrare possit, quos in alteram Oedipum transferendos conieci olim uu. 772—84. Ipse quantum fieri poterat in emendanda Senecae fabula Statii uerba non neglexi. Sic sacrorum ordinem quem reuocauit Oed. 561 sqq. confirmatum uidebis eis quae in Thebaide sunt a u. 443, et quod habet Statius II 95 „longaeui uatis opacos Tiresiae uultus“ recte restitutum a nobis Oed. u. 636 uultus opacos docet. Quam desideramus in quarto libro Tiresiae descriptionem respondentem illi quam Seneca fecit in Oedipo, eam Statius libro II 94 factam noluit hic repetere. Sed ut imitatio clarius perspiciatur, aliquot locos simillimos, quos Braunius praetermisit, ex aliis statiani operis partibus hic proferre liceat. sunt autem hi:

- | | |
|---|---|
| Oed. 242 turpia maternos iterum reuolutus in ortus. | Theb. I 233 Scandere quin etiam thalamos hic inpius heres Patris et inmeritae gremium incestare parentis Appetit proprios monstro reuolutus in ortus. |
| Oed. 165. Mors atra audios oris hiatus Pandit. | Th. VIII 878 Mors . . . nigroque uiros inuitat hiatu. |
| Oed. 472 fugientia carbasa | Th. VIII 29 fugientia carbasa |
| Oed. 477 lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet. | Ach. I 307 Lactea Massagetae uel uticum pocula fuscant Sanguine puniceo. cf. II 84. |
| Oed. 108 una iam superest salus, Si quam salutis Phoebus ostendit uiam. | Th. X 590 Tiresian alii lacrimis et supplice coetu Orant, quodque unum rebus solamen in artis, Nosse futura rogant. |
| Oed. 179 bis turbatam sanguine Dircen. | Th. III 374 Nam tyrios sudasse lares et sanguine Dircen inriguam. |
| Oed. 433 qui bibit Gangen. | Th. I 686 quique bibit Gangen. |
| Oed. 218 ambage flexa [sic E, nexa A] delphico mos est deo Arcana tegere. | Th. I 495 quos nexis ambagibus Augur Apollo . . ediderat. III 645 flexa dubios ambage reliquit. |

Quae ex ceteris fabulis deprompta diximus, haec ut nunc est et numero et pondere tam leuia confiteor, ut publica potius quam Statii cum Seneca communia dixerim.

Sed etiam Herculis furentis plurimi uersus cum statianis conueniunt ita ut Caesium quoque Bassum non recitatam audisse sed emissam legisse ueri fiat simile. Ecce mihi hos locos:

- | | |
|---|---|
| H. 1186 in tantis malis quid est pudendum? | Th. III 757 nihil hac in sorte pudendum. |
| 320 prona est timori semper in peius fides. | Th. III 343 prona fides populis. deus omnia credere suadet Armipotens geminatque acceptos fama pauores. |
| 391 quid geminum nefas. | Th. III 643 sed furiae geminumque nefas. |
| 573 inmites potuit flectere cantibus | Silu. III 3 192 ergo et thessalici coniunx |

- umbrarum dominus et prece supplici
Orpheus Eurydicen dum repetit suam.
19 sed uetera querimur.
13 Perseus aureus (sic E, aureas A)
- 631 foedo obsiti paedore.
- 396 quin ipse toruum subrigens crista caput
illyrica Cadmus regna permensus fuga
longas reliquit corporis tracti notas.
- 55 patefacta ab imis manibus etro
uia est.
- 104 uiolatae Stygis.
8 uere laxatur dies.
- 174 rabiosa fori iurgia.
- 116 lati . . . profundi.
ex quibus si parui ponderis quaedam uideantur, at numerus qui etiam augeri potest
imitationem euincit.
- Alter igitur est Quintiliani discipulus (Fr. Haasi de origine declamationum sententiam sequor) cuius paucos adscribam cum fonte annaeano locos:
Oed. 53 sed omnis aetas pariter et
sexus ruit.
- 945 mersus alte magnus exundat dolor.
595 subito dehiscit terra. 898 Dehiscet tel-
lus tuque t. p. In tartara ima rector
umbrarum rape Retro reuersas generis
ac stirpis uices.
- pensare mariti Funus et inमितem potuit
Styga uincere supplex Thracius.
Th. XII 301 ueteres sed mitto querelas.
Th. I 544 aureus anguicomam p. Gorgona c.
Ales habet.
Th. III 616 obsitus exhaustos paedore et
sanguine uultus.
Th. II 289 Prima fides operi Cadmum comi-
tata iacentem Harmonie uersis in sibila
dira querelis Illyricos longo sulcauit pec-
tore campos.
Th. II 14 ipsaque tellus miratur patuisse
retro.
Th. VIII 52 profanatum chaos.
Th. III 1 laxauerat annum Phoebus.
Silu. III 4 12 uolucrum . . . polum fuga ueris
aquosi laxat.
Silu. III 5 87 nulla foro rabies aut strictae
iurgia legis.
Th. V 283 lato . . . profundo.
- XII 24 (p. 243) exundat altius dolor.
XII 28 (p. 247) dehisce terra et hanc
noxiam ciuitatem . . . haustu aliquo ad
infernus conde.

uerum multo magis imitatum esse nostrum ostendit famis descriptio c. 4 9 etc.
cum pestis thebanae imagine comparata.

Has igitur fabulas Quintilianus nosse poterat, nam nouerunt aequales, nouit dis-
cipulus. Sed legendi non tam cupidus erat, ut quem minus probaret oratorem, eius legeret
carmina; recitantem autem quominus audiret, obstabat locorum diuersitas, nam rediit ille
Romam aliquot annis post Senecae decessum. At dicat quispiam: quid tu recitatas has
fabulas contendis? nonne factum potuit, ut et Seneca carmina scaenae daret quemadmodum
Pomponius Secundus fecit paulo ante quam ex Corsica philosophus rediret? At qui hoc
narrat Tacitus A. XI 13*) parum hoc Pomponio cecisisse indicat, nam theatralis populi

*) nam nec hunc nec Plinii locum ep. VII 17 11 recte interpretatum esse contendo Weberum p. 16
et Buxerium. at ex Senecae ep. 108 6 8 ne quis tragoedias datas in theatro coniciat caueat.

lasciua, qua probra in illum iecerat, seuera Claudii censoris edicta prouocabat. Quippe ex quo in theatro Vergilii Ouidiique uersus atque etiam tragoediae saltari coeperant scaenaeque pantomimis pyrrhicharumque argumentis (Pasiphaen commemoro ex Suetoni Ner. 12) inseruiebat, qualiscumque antea fuerat tragoediae gratia, populus negauit atque inter priuatos parietes illa se recepit. Hoc diu ante Pomponium factum esse constat, qui quod in scaenam redire conatus est, suo fecisse periculo quod ex longo tempore insolitum erat putandus est. Verum etiam si populi studia non abhorruissent tantopere a tragoedia, poetae tamen scholasticis tenebris reconditi fabulas componere quae ad scaenam essent aptae desuerant paulatim. quod quomodo factum sit, comparatio cum eloquentiae corruptae causis instituta docet quas Dialogi pseudo-tacitei auctor dilucide exposuit. uid. c. XX. XXXI XXXVI ex.; nam ut oratores argumenta tragica poetarum floribus exornabant, sic poetae oratorum in exponendis ficticiis causis studia sequebantur.

Inde quae uitia contraxit tragoedia ne praestantissimus quidem poeta poterat euitare, qui illa aetate natus erat atque educatus. Qualia haec uitia fuerint, satis exposuerunt olim H. E. Pilgramus (Gött. 1765), melius nuper u. cl. Buxerius (u. supra p. 3), alter Francogallus ut ex iis recitatas tragoedias Senecae, quam sententiam dudum pronuntiauerunt uu. dd. ut E. Chr. G. Weber commentationis supra laudatae p. 15, firmioribus argumentis euinceret: id quod ex his uitiiis euinci posse pertinaciter nego, nam repeto quod dixi: si Seneca fabulas suas scaenae fuisset daturus, non aliter eas instituisset ac fecit recitaturus, nam quid intersit inter utrumque genus cogitasse eius aevi poetas uix mihi persuaserim*). Obicies mihi Senecam, cum seueras Graecorum leges ubique retinuisset, una in re nempe in Horatii illo praescripto „nec coram populo fratres Medea trucidet“ deseruisse illas neque inconsulto hoc uideri fecisse, cum alienus a scaena maiore licentia auditorum aures non offendi posse uideret. Ego contra qui tam multa, quae nisi in scaena agebatur fabula nihil quidquam proficere poterant, ex Graecorum seuera norma seruasse poetam uideo — e. g. trium actorum numerum in memoriam tibi reuocabo, quem et Weilius et ego in eis tragoediis quae uere sunt Senecae seruatum ubique inuenimus — ne hac quidem in re consulto a Graecis arbitror declinasse Romanos (nam caue hoc in solum Senecam cadere putes!) sed erat obliuio uerae scaenae quae effecit, ut haec et alia paulatim insciis poetis inreperent, et maximopere uereor, ne Seneca uel alii, cum iam decori sensus hebetatus esset atque obtusus, in theatrum reducentes tragoediam ne haec quidem graviora fuerint euitaturi: leuiora ut descriptiones aequo longiores, causas rhetorum more expositas, alia quae uel tragici spectatores non lectores respicientes solumque id studentes, ut coram populo carmina sua agantur, non raro errant, minus etiam fugituros fuisse credo.

Recitatas igitur Senecae tragoedias fuisse cum non sit quod dubitemus, de pretio tragoediarum philosophi aliquid erit dicendum, qua in re non minus errare plerosque doctos uiros uideo. Non autem efflagito, ut illae in caelum efferantur laudibus neque etiam ut

*) confirmatur haec sententia loquendi genere quo utuntur ueteres auctores. sic Quintilianus XI 3 73 eis „quae ad scaenam componuntur fabulis“ non ille tragoedias in scaena agendas a recitatis fabulis, sed tragoedias ab aliis carminibus distinguit. Sic populus non hominum multitudo quae theatrum inplet aut forum, sed qui recitationibus et tragicis et rhetoricis adsunt Seneca Exc. Contr. IIII p. 375 19 B Contr. X p. 291 1 B.

omnium tragicorum, quotquot uidit neroniana aetas et posteriorum imperatorum, primus ille celebretur, sed desinant tandem litterarum romanarum et scriptores et censores infimo illum numerare loco. Nam cum pauci essent qui poetica indole praediti totas uires in carmina facienda impenderent, plerique quantum otii esset siue uoluptatis causa siue quod liberalium hominum sic studia ferebant in illa conferrent, non credibile uirum tantopere litteris a puero intentum, qualem Senecam pedestri sermone scripta opera produnt, ab illius temporis tragicis adeo relictum fuisse. Et quosnam superiores eo fuisse dices? concedo Pomponium, concedo ex posterioribus Maternum, quamquam eius gloria amicorum laudibus nititur, non concedo nec Lucanum nec Persium, quamuis poetae ingenium alter epico alter satirico carmine probauit quodammodo, neque etiam Scaeuam Memorem. ceteri quorum quidem nil praeter nomen ad nos uenit, quid differant a Cordo iuuenaliano non uideo. De Annaei Cornuti autem tragoediis nemo disseret, postquam M. Hertzius (de Scaeuo Memore p. 4) scholiastae persiani locum ad Senecam pertinere docuit. Et quamquam intellego seruatas Senecae tragoedias praecipue auctoritati illius deberi, quam et philosophis operibus et munere aulico fatisque suis comparauit, tamen eas non iacuisse neglectas, sed et apud rhetores et apud poetas dignitatem quandam esse consecutas, quae supra descripsimus ex Statio et quintilianae scholae sectatore satis declarant.

Itaque has fabulas quae solae nobis patefaciant, qualis tragicae artis condicio fuerit ea aetate, nequaquam despectu dignas eo censeam, quo hoc potissimum saeculo tractatas uidemus. nam de superioribus saeculis satis erit reicere legentes ad Shakespearium, qui praeter cetera Senecae studia, de quibus Geruinus conferendus, non dedignatus est ex nostro totos exscribere uersus, ad poetas francogallos italos nederlandenses germanos qui utrum uirtutes eius magis sectati sint an uitia uix possit discerni. Neque etiam desunt uestigia quamuis minuta, quae ceteros primi p. Chr. saeculi poetas easdem leges eadem uitia quippe aetati communia secutos ostendunt. sic quae Obs. p. 34 de ratione scaenarum coniungendarum inter se dixi, eodem modo priores poetae instituerunt. In Statium quadrant quae de metro sapphico dictum est ibidem p. 3, et quod ibi p. 35 med. in elegendis metris non decori sensum sed consuetudinem quandam et solemnem inde ab Horatio morem secutum esse Senecam dixi, in ceteros quoque poetas transferre licebit. et recte censor ille in Zarnckii diurnis criticis 1863 p. 185 adnotauit in Medae incantatorio inde a u. 772 Horatio duce trimetris dimetros subiunxisse nostrum. De trimetris uide quae dixit F. A. Langius in quaestionibus metricis p. 29 s. Praecipue quae ex anapaestis aliorum poetarum ad nos uenerunt conuenire illis cum Seneca docent eorumque legem multo ante inualuisse Varii Gracchi Ouidii reliquiae probant, in quibus et legitima caesura adest et homoeoteleuti usus qualem in Senecae choricis habemus. nam Varii uersus hos Ribbeckius p. 195 infelicissima Schneidewini coniectura usus sic descripsit:

Ad quos mundi resonat canor in
sua se uestigia uoluentis

scilicet quod libri exhibent „canor (uel „tenor“) sua se uoluentis in uestigia“, sic emendandum:

Ad quos mundi resonat cardo
sua se uoluens in uestigia.

nam simulac cardo erat corruptum, uocem uoluens, quia cum canor coniungi non poterat

ad mundi pertinere ratus librarius uolentis effecit. addo Phaedrae annaeanae locum u. 971 „celerique polos cardine uersas“.

Hemistichia homoeoteleuto conclusa Varius usurpauit: „uarique apti uocum moduli“ et Pomponius: „rhoetaeis procul a terris Priamique aras damnare pias“. dimetros eisdem litteris finitos Scaeuus, dummodo rectius quam antea factum describantur uersus miserrime habiti a Ribbeckio (Gramm. latt. ed. H. Keil III 537) sanati a L. Muellero:

... — ... — scindimus atras

ueteri planctu Cissei genas.

Restituendum praeterea nomen Hecabe ex eo quod codex praebet haecaeue. nam graeca forma in canticis superat, quam bis in Troadum atque Agamemnonis choricis reposuit Bothius (Tro. 869 Hecube A Hecuba E cui metrum obstat, Ag 682 Hecube A Hecubae E), tertio loco Tro. 143 non repositam a me doleo, quamquam nullus liber ibi Hecabes, omnes Hecubae habent. His anapaestis comparandi uersus qui in diui Claudii ἀποθεώσει c. XII leguntur, ipsius Senecae, si meam sententiam proferre licet (quem tamen meruisse ea negarim tantas contumelias quantas Buecheler in eum iactauit p. 34), certe eiusdem saeculi fetu, quos sic describendos credo:

a Fundite fletus, edite planctus,
resonet tristi clamore forum.
cecidit pulchre cordatus homo,
quo non alius
fuit in toto fortior orbe. 5

b Ille citato uincere cursu
poterat celeris,
ille rebelles fundere Parthos
leuibisque sequi Persida telis
certaque manu tendere neruum, 10
qui praecipites
uulnere paruo figeret hostes
pictaque Medi terga fugacis.

b' Ille Britannos
ultra noti litora ponti 15
... — ... — ... — ... —
... — ... — ... — ... —
et caeruleos *scuta Brigantas
dare romuleis colla catenis,
iussit et ipsum noua romanae 20
iura securis tremere oceanum.

c Deflete uirum
quo non alius potuit citius
discere causas una tantum
parte audita saepe et neutra. 25
quis nunc iudex
toto lites audiat anno?

c' Tibi iam cedit sede relicta
qui dat populo iura silenti
cretaea tenens oppida centum. 30
... — ... — ... — ... —
... — ... — ... — ... —
... — ... — ... — ... —

a' Caedite maestis pectora palmis
o cauidici uenale genus. 35
uosque poetae lugete noui
ubsque in primis qui concusso
magna parastis lucra fritillo.

Binos dimetros uno continere uersu codicem Sancti Galli dicit Buecheler: monometros, quales ille priores editores secutus descripsit, nihil habere quo nitantur uides. Praeterea hiatum illi atque syllabam ancipitem (5 orbe 13 fugacis 15 ponti,) nil curantes nouum atque inauditum illa aetate carminum genus effecerunt. Facillima opera strophas ego constitui, quarum a et a' planctum fori et militum, caudicorum poetarum aleatorum persecuntur, bellatoris laudes b et b', iudicis c et c'. Sermonem intricatum leuauimus lacuna constituta post u. 15 qua simul hiatum non ferendum (ponti-Et) sustulimus. in stropharum fines recesserunt ultro hiatus u. 5 syllaba breuis u. 13. Denique quae post u. 30 exciderunt, quis non statim restituat? „aditur illo gnosiis Minos foro, Rhadamanthus illo, Thetidis hoc audit socer“ Herculis ait auctor u. 737 et Aeacus Claudium damnat infra c. XIII. Non exiguum fundamentum esse hos uersus eorum quae de Senecae anapaestis proposuimus exemplaris nostri p. 579 sqq. quis neget?

Jam considera quantum ab eis tragoediis, quas Senecae tribuimus, discedant Agamemnon atque Hercules oetaeus — nam de Octauia inferioris multo aetatis fetu quae nostra sit sententia et in praef. p. XII et in Fleckeiseni annalibus 1867 p. 260 expositum est — quas ante medium alterum saeculum compositas probauimus praef. VIII VIII. Igitur cum utriusque auctor, quamuis in uerbis et moribus sectaretur Senecam seruili paene modo, tantopere ab praeceptis quae ille obseruauit recesserit, sat magnam spatium temporis inter illum et Senecam interfuisse putandum erit atque in uniuersum ualebit de ceteris tragoediis quod de Medea de Oedipo de Hercule furente supra diximus: compositas esse post Senecam Romam reuersum atque ante tempora operum quintilianeorum stacionorumque philosophumque, cum desit tertius eius nominis, auctorem earum habendum esse.

Huius ipsius neronianae dico aetatis mirum si non in ipsis fabulis uestigia certa occurrerent, praesertim cum poeta non magis quam Vergilius alique sit ueritus romana nomina graecis rebus imponere, qualia in indice sub uu. publicae res Quirites alibi congressimus. quae si quis uoluerit remouere ne is in leuitatis suspicionem incurrat. Praeter ea uero quibus apertis uerbis suum tempus indicasse uideri possit poeta, non dubitandum, quin multa colorem traxerint, siue inuito auctore siue non, ex moribus tyrannorum sui aevi. Hoc et multos fecisse illorum temporum scriptores tradiderunt neque Neronem tam seuerè consuluisse in poetas qui in ipsum probra iecissent quam antea factum a Tiberio, et quod est praecipuum, scimus ex Persio atque Juuenale tragica illa nomina solemniter indita esse imperatoribus, quin ipsi domini has personas iactabant. Ut quaedam exempla proferam: Aegisthum habes Sueton D. Julii c. 50. a Tiberio obiectum est poetae quod in tragoedia (Atreo scilicet) Agamemnonem probris lacessisset Sueton. 61: nempe is fuit MamerCUS Aemilius Scaurus propter hoc cum coniuge Sextia ad inferendas sibi manus compulsus de quo plura Tac. A. VI 29 Dio Cassius LVIII 24 qui ipsius Tiberii uerba tradidit: „καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω.“ idem Tiberius felicem Priamum identidem uocabat, quod omnium suorum superstes fuisset (Suet. 62). atellanico exhodio Tiberius notatus Suet. 45. Liuia Augusta Ulixes stolatus appellata a Caligula Suet. 23 qui et atellanae poetam ob ambigui ioci uersiculum media amphitheatri harena igni cremauit Sueton. 27. Eiusdemque uox ex Attii Atreo sublata huc facit „oderint dum metuant“ Suet. 30 (Ribbeck p. 136) inmutatamque ex illa quam iactabat Tiberius „oderint dum prorent“ Suet. 59.

De ipso Nerone uid. Sueton 39. Curtium Montanum propter detestanda carmina accusatum Tacitus est auctor Ann. XVI 28 sqq. (famosi carminis) Hist. III 40 42. quae quare non fabulās quam saturas potius habeas nihil uideo causae. Domitianus Heluidium filium, quasi scaenico exhodio sub persona Paridis et Oenones diuortium suum cum uxore taxasset, occidit Sueton. 10. At maxime, concedes, huc faciunt Iuuenalis uersus VIII 211 seqq.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
perditus, ut dubitet Senecam praeferre Neroni,
cuius supplicio non debuit una parari
simia nec serpens unus nec culleus unus?
par Agamemnonidae crimen, sed causa facit rem
dissimilem. quippe ille deis auctoribus ultor
patris erat caesi media inter pocula, sed nec
Electrae iugulo se polluit aut spartani
sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
miscuit, in scaena numquam cantauit Orestes,
Troica non scripsit. —

Nam si quis dicat post Neronem haec scripta: at quae supra posuimus ostendunt aegre cauere potuisse tragicos priores ne quis Neronem intellegeret in Atreo uel in Lyco alioque tyranno. Quodsi quis inuidiam hanc erat effugiturus, sane aut alia prorsus ratione agendum erat quam qua egit Seneca, aut a tragicis studiis prorsus abstinendum. Num Seneca pericula sibi contraxerit inde quae ea fugerit ratione postea uidebimus. nunc singulas tragoedias perlustremus, ut quid inde pateat de earum temporibus et num possint illa cum rebus Senecae coniungi eruamus.

Et MEDEAM Claudio imperante factam recte J. Lipsius ex uersibus ubi de oceani imperio egit auctor coniecit his 598 „Parcite o diui, ueniam precamur, Viuat ut tutus mare qui subegit“. eandemque rem chorus respicit 371: „quaelibet altum cumba pererrat. Terminus omnis motus et urbes Muros terra posuere noua. Peruius orbis Nil qua fuerat sede reliquit.“ Jam sequitur uaticinium illud celeberrimum: „Venient annis saecula seris Quibus oceanus uincla rerum Laxet et ingens pateat tellus Thetisque nouos detegat orbis Nec sit terris ultima Thyle“. ex quo auctorem eundem agnosces qui Natt. Quaest. VII 25 7: „Erit qui demonstret aliquando, ait, in quibus cometae partibus currant, cum tam seducti a ceteris errent, et quanti qualesque sint“ et 30 5: „Multa uenientis aeni populus ignota nobis sciet, multa saeculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur . . . initiatos nos credimus, in uestibulo eius [naturae] haeremus. illa arcana non promiscue Nec omnibus patent: reducta et interiore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit, dispiciet“. Haec extremis uitae annis scripsit, illud statim post exilium, ubi in naturae potissimum studium incubuisse ipse nobis auctor est Cons. ad Helv. 8 6, 20 1. 2. quocum cf. Med. 606 de Tiphy.

Thyle ipsa britannicam expeditionem demonstrat (cf. Octau. 42 28 Iuuenalis II 159) ex qua quam sibi imperator comparasse gloriam uisus sit, testantur ara et templum in Britannia posita (Tac. XIII 31 cum Lipsii nota, Ludus de morte Cl. VIII cum Schusleri adnot.) honores ab senatu oblatis (Dio LX 22) Cum his Claudii laudibus coniungas fescen-

ninorum nuptialium mentionem u. 107—115 qua totum hoc carmen quasi in romanum transfertur solum. Igitur condicio haec mihi Medae fabulae uidetur, ut in ea Seneca Claudii laudes Agrippinaeque cum imperatore nuptias celebrauerit siue in gratiam cum dominis rediturus post mortem Messalinae cuius insidiis fuerat relegatus (quam rem a uero non abhorreere exemplum illud alterum adulationis in liberos Caesaris probat ex exilio Romam missum quod deletum dicit Dio l. LXI 10, extat tamen inter Senecae opera fortasse rescriptum ab auctore,) siue, quod ex Quintiliani loco ad uerum propius accedere uidetur, inpetrata uenia redux gratiam quandam relaturus. Utrum eligas, in Corsica inceptum opus esse credibile est, ubi leuioribus studiis eum se dedisse ex Cons. ad Helv. 20 l. 2 scimus. idem fere de Medea Lipsius (Ad Helu. c. 4 Vita Senecae c. 5) atque S. Petitus Obs. I 1 iudicarunt. Adde ueneficia Medae u. 743 sqq. optime quadrare in Messalinam, aperte imperatorem cum coniuge significari u. 109 „rara est in dominos iusta licentia“ atque u. 198 „qui statuit aliquid parte inaudita altera, aequum licet statuerit non aequus fuit“ in Claudium clam dictum uideri qui passus erat Senecam nulla defensione data extorrem agi (cf. Sueton. Cl. 29 ἀποθέρωσις c. 10 et 12 u. 25 et 14).

Alteram iam sequatur TROADUM fabula, de qua quod fecit D. Heinsius iudicium uerum quodammodo putamus. Ille enim Pyrrhi et Agamemnonis conloquium ad Neronem et Senecam transfert. Apertum autem aetatis documentum inest Andromachae orationi de sorte Astyanactis querelas fundentis 785 sqq.

Non Pyrrhum trahes,
non arma tenera patria tractabis manu
sparsasque passim saltibus latis feras
audax sequeris nec stato lustris die
solemne referens troici lusus sacrum
puer citatas nobilis turmas ages:
non inter aras mobili uelox pede
reuocante flexo concitos cornu modos
barbarica prisco templa saltatu coles.

Nam cui non statim in mentem ueniat eorum quae Suetonius de Nerone c. 7 narrat: „Tener adhuc necdum matura pueritia circensibus ludis Troiam constantissime fauorabiliterque lusit.“ Quam rem confirmat Tacitus A. XI 11: „Isdem consulibus [Tib. Claudio Aug. III L. Vitellio III coss.] ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo quam Augustus ediderat, spectati sunt . . . Sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus imperatore genitus et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus, fauor plebis acrior in Domitium loco praesagii acceptus est.“ De Troiae autem ludicro quotquot loci extant, nullus quod quibusdam uiris doctis uisum est testatur coniunctum illud fuisse cum annuis equitum transuersionibus et cum lustris quinquennali: immo omnes apertissime in eo uersantur, ut circensium ludorum partem fuisse dicant, nec tamen necessariam*), quod quominus intellegamus etiam addita uox sacer inpedi-

*) idem fere exposuisse uideo A. Goebelum de Troiae ludo Düren 1852.

splendidus ille apparatus, puerorum nobilitas, non minus etiam quod ab imperatoribus tantum Troiae ludus instituebatur atque triumphis celebrandis adhibebatur, solis diebus qui summa magnificentia exornandi erant paratum illum ostendunt, minime quinquennio quoque absoluto statis diebus rediisse.

Illum igitur statum lustrum diem (u. 787*) potius de ludis saecularibus quos refert Tacitus intellegas: sic tota Andromachae oratio in Neronem cadit atque in annum 800 (47 p. Chr.) Sane hoc tempore Seneca adhuc exul agebat: sed biennio post reuocatus, ut Neronis studia regeret, quo amplexus sit amore alumnum magna uirtutis indole praeditum respondentemque plane magistri praeceptis, ex libris apparet quos ad illum de clementia scripsit.

„Utque studiis honestis et eloquentiae gloria enitesceret Nero, causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Juliae stirpis auctorem [Verg. A. I. 288] Aeneam aliaque haud procul fabulis uetera facunde executus perpetrat, ut Ilienses omni publico munere soluerentur“: haec Tac. XII 58 ex a. 806 (53 p. Chr.) de Nerone quintum decimum annum agente (cf. Sueton. Claud. 25 Nero 7, item J. Lipsii adnotata et Orelli excursus ad Tac. l. l.). Jam si haec homerica uergilianaque studia Seneca duce exercitata redolent, quibus ad ultimum uitae tempus imperator occupatus erat (nam et ipse homerica carminum argumenta tractabat et aliis ut tractarent auctor extitisse uidetur, qua de re cf. Dio LXII 18 29 O. Jahni Proll. ad Persium LXXIII**), hac nostra fabula quoque praecptorem et incitaturum fuisse ad illa prosequenda discipulum et nobilem illam saepiusque oratam causam quod feliciter peregisset gratulaturum fuisse coniecto: nam refero in eam quae alio loco de filio Andromache dixerat (479 sqq.):

Eritne tempus illud ac felix dies
quo troici defensor et uindex soli
rediniua ponas Pergama et sparsos fuga
ciues reducas nomen et patriae suum
Phrygibusque reddas? —

Utramque autem rem quam celebratam inuenimus in Senecae tragoedia ab illius aevi scriptoribus non parui momenti habitam uides: non igitur mirum quod auctor

*) Ludi saeculares inter ludos statos referendi sunt. Festus: „Ac deinde institutum est, centum post annos ut fierent.“ Cum lustrum illo quod centum annis peractis pro toto populo romano instituebatur, semper Troiae ludum coniunctum fuisse credendum est, quia priscae originis uidebatur documentum cuius memoriam reuocare praecipue erat imperatorum (prisci moris Sueton. Aug. 43 κατὰ τὸ ἀρχαῖον Dio XL 23). Lustrum autem quinquennale saepe est omisum eo praecipue tempore quo scripta haec fabula uidetur. quare nequam ad lustra quae antea dicebantur pertinere credo hos uersus. Quam uero incerta lustrum notio fuerit hac et sequenti aetate (ubi fit temporis definitio), ipse Seneca ostendit N. Q. VII 19 2 „post certa lustra“ et Agamemnonis auctor u. 42 „post decima Phoebi lustra“ et quae exempla Marklandi diligentia conlegit ad Statii Silu. II 6 72 III 1 44 V 3 232. Recte enim hic dicit esse aliquod tempus seu temporis periodum statis uicibus recurrentem. Et cum non minus usurpetur pro temporis spatio quam pro momento eo quo terminatur illud spatium, fortasse etiam hic locus Troadum potest intellegi ex Martiale qui dicit III 1 7 „hic colat ingenti redeuntia saecula lustrum“.

**) quin etiam troianae originis supra modum memorem romanus populus famosius uerbis insectabatur: uid. Dio Cassius LXII c. 18 LXIII 29.

Neronis gratiam captaturus atque etiam Agrippinae recurrit ad rem antequam ipse Romam rediit actam. nam et praesagia erant imperatoriae potentiae et laeta initia iuuenis omnium expectationem egregie decepturi praeter ipsum ut uidetur Senecam (cf. A. Stahr Agrippina 58 et 142). Sed supersunt ex uersibus supra descriptis 790—92 qui nostram sententiam confirmare possint. Cuius dei sacra ibi descripsit poeta, uix est quod quaeras, nam Cybelen Troianorum summum numen Vergilius Ouidiusque*) celebrauerunt, in quam recte conuenire flexum cornu docet sacrorum descriptio quam dedit Ouidius fastorum III u. 181 „protinus inflexo berecyntia tibia cornu Flabit et idaeae festa parentis erunt“ et 190 „horrendo lotus adunca sono“. Quapropter inde temporis nota requiri uix posset (quamuis iusto longiorem hac in re esse Andromacham iure diceret), nisi Joannes Lydus de mensibus III 41 (cf. Preller röm. Myth. 736 n. 1.) pinum i. e. cybeleia sacra in Palatium deducta, Romae igitur palam admissa a Claudio narraret, quod factum esse eodem hoc tempore, quo consanguineos suos Ilienses Claudius praedicans eorum immunitatem a Seleuco postulauerit, probabilis est sententia.

Praetermitto minora uestigia quibus Romam conuertimur atque in aeuum claudianum: hoc tantum moneo in Medea atque Troadibus poetae uerba adhuc carere nimia illa mentis commotione, paene dixerim furore, qua ceteris in fabulis offendit potius animos quam concitat. unde etiam factum, ut his tragoediis palma delata sit ab omnibus fere censoribus. Causa patet: nondum uiderat quae sequebantur uenena et caedes; adhuc laudes agitat domus augusteae,**) quam cum thebana atque Atridarum regia comparandi largam materiam praebuerunt infausta Neronis tempora.

Jam cum imperatoria munera tenerent Neronem neque Seneca expers esset rerum regendarum, haec poeseos studia, quae nec philosophi natura commendaret nec externa quaedam ut antea exprimeret occasio nec denique liberum otium admitteret, intermissa diu iacuisse credibile est. Nam ceterarum fabularum nullam in primos neroniani imperii annos cadere certissimum est.

In reliquas autem priusquam inquiremus de Senecae epistulis quas ad Lucilium dedit pauca erunt praemittenda, quarum et fata et tempora mirum quantum congruant cum tragoediis. atque de fati quidem sollerter egit Fridericus Haasius in praefatione tertii operum uoluminis, quam et nos, cum de tragoediarum fati ageremus, neglexisse fatemur, et maiore cum damno censor uel potius obtrectator exemplaris teubneriani neglexit, cum inique iudicaret de nostris inuentis in Fleckeiseni Ann. 1868 n. 11 s, qui si in Haasi de epistularum condicione sententiam flecti posse iudicium illud uidisset, etiam si non spero consensum fuisse laturum, at certe conuiciis temperasset. De tempore autem quo illae scriptae sint, leuia et uana ne dicam ridicula iactarunt uiri docti, qui Senecae uerba neglegentes nec tamen Taciti recte interpretati lugdunense incendium,

*) Ouid fast. III 249 „Dindymon et Cybelen et amoenam fontibus Iden Semper et iliacas mater amauit opes. Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros Est dea sacrificas paene secuta ratis.“ cf. Tro. 72 „pinus matri sacra Cybeae.“

**) sic tumulus ille „quem struxit in luctus suos rex non auarus“ (Tr. 494) Augusti est Mausoleum de quo uid. Suetonius Aug. 100 Nero 46 Strabo V 236 alii.

cuius ep. 91 auctor meminit, illo ipso anno quo Ann. XVI 13 a Nerone pecuniam Lugdunensibus datam refertur aut saltem proxime sequenti factum credunt. Lugdunum igitur conditum a. 711 per Munatium Plancum proconsulem (Dio C. XLVI 50 Seneca ep. 91 14 ἀποθέωσις 6: aperte falsus est igitur annus qui additur Suetonii fragmento p. 289 22 R.) incendio absumptum et sublatum luget Seneca ep. 91, et accurate adiungit § 14: „huic coloniae ab origine sua centesimus annus est“, ut exclusa sit prosus eorum sententia, qui Senecam hoc non satis diligenter computasse dicant. Et fuisse Romae sat multos qui talia et minus graua ratiocinarentur studiosè non semel Tacitus monet.

Sed contradicere uidetur Tacitus, qui a. 818 (65) demum cladem lugdunensem quadragiens sestertio solatum esse principem refert, ut amissa urbi reponerent: quam pecuniam Lugdunenses ante obtulisse urbis casibus. haec cum Seneca, cuius ego testimonium certissimum habeo, pugnare non uideo. An poteris credere Neronem haut angustae liberalitatis imperatorem (Dio LXI 5) tam parua pecunia re uera solaturum fuisse coloniam quae tota uidebatur absumpta, cum bononiensem coloniam incendio aeque afflictam centiens sestertii largitione iuuandi auctor fuerit olim (Tac. A. XII 58)? et num fieri potuit, ut Lugdunenses adeo a Nerone posthabiti pertinaci pro Nerone fide pugnarent postea, quod tamen factum esse Tacitus H. I 51 prodidit. Et quibusnam urbis casibus obtulisse eam pecuniam dices Lugdunenses? nempe neroniano incendio anni 817 (64) quod Tacitus XV 38 descripsit. Quid autem mirum opulentissimam coloniam damnum illud quantumuis magnum quo affecisset incendium mercatura artificisque quibus floruisse eam constat, qua de re uid. Paulyi Encycl. III 1223, intra paucos annos reparauisse, ut cum Roma laboraret ex pari calamitate, posset esse subsidio? quod cum speraret futurum, ipse Seneca Neronis etiam tunc monitor pronuntiauit ep. 91 13 et 14 fortasse consumptam illam, ut in melius excitaretur: in ea quoque urbe uerisimile esse certaturos omnes, ut maiora certioraque quam amisisset restituerentur. Nondum quidem his septem annis publicas aedes reficere ciues potuerant, ut quae maiorem sumptum efflagitarent: has igitur ut reponerent tandem uel reponendi facerent initium, eadem pecunia quam ipsi tribuerant urbi, retributa coloniae imperator effecturus erat. Fuisse autem in illis amphitheatrum conicias, quod restitutum certe erat a. 823 (70) cf. Tac. H. II 61 Friedlaender Sittengeschichte Roms II¹ 364. Quanta quidem pecunia Nero coloniam iuuerit post cladem a. 811 nemo tradidit, sed non est uerisimile parcum fuisse imperatorem in urbe sustentanda, quae Claudii patris erat patria (ἀποθέωσις 6).

Anno igitur 811 (58) epistolam tertiam libri XIII (91) Lucilio missam cum ex illius incendii commemoratione uideatur constare, alia quae in hoc potissimum tempus quadrant ex aliis epistulis non pauca repeti possunt. Nam quamquam ex Senecae uerbis ea quae ad res publicas pertinent is qui post mortem philosophi epistularum libros edidit pleraque deleuit, tamen non potuit fieri, quin is nonnulla relinqueret inuitus, quae diligenter conlata cum Taciti Suetonii Dionis uerbis doceant plerasque res quas in epistulis auctor tractauit non illum persecutum esse, quia inter legendum eius animum aduertissent forte fortuna, sed eo quod coniunctae erant quodam modo cum publicis rebus multorumque animos tunc temporis occupabant. Sic quae de seruis humaniter familiariterque habendis disseruit ep. 47, ad ea pertinent quae agitata Romae refert Tacitus XIII 26 27 32,

anno scilicet 811, nec iam poterant acta esse tunc quae idem narrat XIII 42. Quod Seneca ep. 68 de otio non iactando Lucilium admonet, Corneli Sullae exilium, de quo Tac. XIII 47 a. 811, reuocant in mentem. Thraseam Paetum nescio an non significauerit ep. 73 qui eodem anno obtrectatoribus arguendae sententiae materiam praebuit (Tac. A. XIII 49). sed hoc non satis certum, certius uestigium temporis ep. 51 ubi ait Baias diuersorium uitiorum esse coepisse. haec enim post Agrippinae caedem scripta esse non possunt. Bais Neronem quinquatrus frequentare solitum Tacitus auctor est A. XIII 4. eo imperatorem atque Neapolim (quo etiam a. 812 59 illum Bais cecidisse fertur) comitabatur Seneca, dum gratia ualebat, epistulasque baianas neapolitanasque scriptas esse par est, antequam hic conuectum peteret a. 815: nam inter aulicos se esse Bais ipse ep. 62 indicat his uerbis: „Demetrium mecum circumfero et relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor“, et ipse ni fallor se purpuratos inter recenset ep. 76 31. Neque etiam si priuatus homo balnea illa celeberrima uisisset, credibile est eum elegisse sibi diuersorium quale Lucilio describit ep. 56 „undique me uariis clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito“ et q. s., nec denique gratia imperatoris destitutum queri potuisse molestorum hominum qui eum uisuri essent turbam ep. 80 83. Verum postquam Nero matrem per ipsam quinquatruum occasionem eo elicitam trucidauit (Tac. XIII 4 Sueton. 34), num credes eum umquam repetiturum fuisse Baias ubi matris ossa sepulta eum terruerant (Dio LXI 14 cf. Sueton. 34 Statius Silu. II 7 118)? cum quantopere ipsum Anicetum postea abhorruerit ex Tacito A. XIII 62 constet: quin ne Athenas quidem adisse in graeco itinere, a qua urbe Erinyum fabula deterreret, Dio narrat LXIII 14. neque etiam postea balnearum illarum ulla fit mentio in Neronis uita, praeterquam quod Domitiae praediis ibi sitis eodem fere tempore inhauiit quo obiit mater, quamquam Neapoli saepe degebat atque Puteolis (Dio LXIII 2 sq. etc.). Hoc autem non dubium, quin Senecae uerba referenda sint in luxuriam baianam Neronis cuius aliquot insignia exempla exhibuit Suetonius c. 27 et 31: aperte Neronis noctes, uergiliano uersu addito, quo omnis dubitatio tollatur, notat auctor ep. 59 17 cf. 83 21 Sueton. 27. Ad haec alia accedunt: neque enim occurrit in epistulis philosophi quidquam quod commotum grauius uel adeo turbatum auctoris animum rebus quae a. 815 post Burri caedem euenerunt, significet: at contra quod Parthi cum Germanis appellantur ep. 36 7 iterumque ep. 124 22, in eundem quem lugdunense incendium indicat annum reuocatur cf. Tac. XIII 54.

Itaque recte quamuis non satis considerate Ruhkopfius statuisse uidetur autumnus aut initio hiemis a. 810 Nerone II L. Pisone coss. primas epistulas esse missas. quas secuta est ipsa hieme ep. 18 (mensis december commemoratur), ineunte uere ep. 23 (malignum uer), uere in aestatem inclinato a. 811 Nerone III Valerio Messala coss. ep. 67, mense iunio uergente in iulium ep. 86 (cf. § 16), mense septembri ep. 104—112, nam grauitatem urbis et febrim fugit uineasque suas in Nomentano attigit 104, de uitium insitione agit 112, inserendi autem illas tempus ab aequinoctio autumnus praecipit Plinius XVII 117; denique crescente autumnus ubi detrimentum iam dies sensit ep. 122. Quae temporum computatio non secus ac locorum ubi scripsit commemoratio*) rerumque tractatarum et ordo

*) e. g. Neapoli et Bais 49—77, ex Nomentano 104—112, ex Albano 123; quae interiacent romanae originis uestigia non raro prae se ferunt.

et nexus falsa ostendit esse quae de turbata epistularum serie post alios dixit H. Lehmannus Philol. VIII 1853 p. 327; sed haec pridem refellit Fr. Haasius.

Ne iusto longiores nos hac in re fuisse dicas: nec recte iudicari de Senecae moribus poterat nisi hac quaestione de moralium epistularum aetate decisa, atque quam nos potissimum persequimur quaestionem, quid intersit inter tragicum atque philosophum, qui fuerint poetae Senecae mores, quo tempore compositae fuerint tragoediae, conlatis ea demum epistulis cum tragoediis lucem quandam accipiet.

Eundem autem animum quem habes in epistulis etiam in tragoediis earumque praecipue partibus eis deprehendis, quas auctoris cogitationes referre nemo non uidet (Buxerius p. 19), chori cantibus dico quorum binos potissimum ex quattuor quibus singulae fabulae distinctae sunt, huic rei seruire iussit auctor.

Ille autem animus non is est, quo ante Suillii incusationes philosophus utebatur quae quamquam nec potentiam eius concusserunt nec fregerunt uires, tamen admonuisse uidentur Senecam quam caduca omnia humana essent, nisi uera sapientia niterentur.*) Accessit quod iam spes bonas, quas olim habuerat in Nerone, uanas esse perspiciebat. quod non semel ut alibi sic in epistulis pronuntiasset uidetur. nam si eum audis haec dicentem: „Tigres leonesque numquam feritatem exuunt, aliquando submitunt, et cum minime expectaueris, exasperatur toruitas mitigata“, nonne in mentem uenit quod ex Probo excipit Valla ad Juuenalem V 109: „Senecam inter familiares solitum dicere non fore saeuo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat saeuitia“? His igitur aliisque conmonitus Seneca iam pedem referre ex aula studet sensim nec neglectis in imperatorem officiis. Qua de re uide epistulam 81, inprimis § 20 27 quae de sua ipsius condicione scripsisse illum ad Lucilium persuasissimum habeo. quorum quasi summam his expressit uerbis: „Nemo uidetur pluris aestimare uirtutem, nemo illi magis esse deuotus quam qui boni uiri famam perdidit, ne conscientiam perderet. — Si referre uis gratiam, et in exilium eundum est et effundendus sanguis et suscipienda egestas et ipsa innocentia saepe maculanda indignisque obicienda rumoribus.“ Nec uerisimile Senecam Lucilio immortalitatem sponsurum fuisse epistulis ad illum scriptis, si destitutus fuisset omni potentia ac fractus uiribus (ep. 21). Quae si probes siue non, confiteberis tamen ex epistulis hauienda esse quae ad explicanda Senecae facta atque etiam excusanda quae post hoc tempus gessit, plurimum ualeant.

Atque ut eodem tempore quo epistulas etiam OEDIPVM fabulam compositam esse credam, primum Parthorum descriptio u. 110 sqq. (cf. 479 sqq.) facit, quorum perfidum pugnandi genus a tragico indicatum u. 118 hoc potissimum bello terrore affecisse ignauiam militum romanorum ex Tacito XIII 35 38 39 40 docemur. nec minus pronum uidetur u. 246 „Regi tuenda maxime regum est salus“ ad Armeniorum reges trahere. accedit Cornelii

*) quod autem Dio LXI 17 narrat mortuo Britannico et Burrum curam posthaec rei publicae longe minorem habuisse, contentos si mediocri cura in administrandis rebus defuncti suas ipsi res in tuto collocarent, ueluti eius rei inuidiosum exemplum idem adfert LXII 2, uerum est quodammodo, dummodo inuidiam detrahas quae in uerba Dionis inrepsit neque statim illos ita egisse intellegas sed aliquot annis post Britannici caedem.

Sullae memoria, quem quia socors eius ingenium in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando suspectabat imperator, cedere patria iubet (Tac. XIII 47): in hunc enim et epistula 68 et fabulae u. 697 „ab inquieto saepe simulatur quies“ pertinent.

Poetica autem hoc praecipue tempore studia sectatum esse Senecam ne cui incredibile uideatur: ipse philosophus auctor est qui ep. 80 7 ex Attii Atreo, ep. 102 16 ex Naeuio uersus excipit, ep. 107 11 Cleanthis, 115 14 Euripidis, cuius etiam ep. 49 12 meminit, latinos fecit, principum Graeciae tragicorum de Nilo sententias N. Q. III 2 17 exprompsit, quibuscum conferenda quae de stilo uerba facit atque stili imitatione ep. 84: descriptiones quae tragicum redolent non semel interpositae, denique numerus locorum Vergilii Ouidiique qui est in Epistulis et Naturalibus Quaestionibus eadem fere aetate conscriptis: nam ex CXXVIII Vergilii XXX tantum in ceteris operibus inueniuntur, ex XXXVIII Ouidii non plures quam VIII, Horatii tres omnino occurrunt loci eique in Epistolis; unus praeterea in *Ἀποθεώσει*. Haec quod desiderantur in dialogis, non ex illarum scriptionum natura sed ex studiis Senecae explicandum.

Sed ecce occurrit in his ipsis poeticis occupationibus uestigium quoddam quod ego non leue crediderim ipsius Oedipi. „Quanta, philosophus ait ep. 58, uerborum nobis paupertas immo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi: mille res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae nomina desiderarent nec haberent, quaedam uere cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium? Hunc quem graeci *ὄστρον* uocant, pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, asilum nostri uocabant. Hoc Vergilio credas.“ secuntur Georg. III uu. 146—150 „Est lucum Silari iuxta illicibusque uirentem“ et q. s. quos tragicus u. 541 sqq. „Est procul ab urbe lucus illicibus niger“ non minus in suum usum conuertit, quam u. 449 ipsum oestrum uocabulum, cuius inter amicos ipse ni fallor mentionem iniecerat. Et quamquam leuiora studia poetica dixit de consol. ad Heluiam 17, nam sic cum Lipsio Buxerius p. 16 et alii interpretantur, tamen quid obstat, quominus de tragoediis dixisse putemus, quod ep. 65 1 ait: „Aliquid scripsi et quidem intentius quam soleo, dum cum materia difficili contendo et uinci nolo: donec interuenerunt amici, qui mihi uim adferrent et tamquam aegrum intemperantem coercerent. In locum stili sermo successit.“ et ep. 72 1: „Quaedam sunt quae possis et in cisio scribere, quaedam lectum et otium et secretum desiderant. nihilominus his quoque occupatis diebus agitur aliquid et quidem totis. numquam enim non succedent occupationes nouae. serimus illas, itaque ex uno exeunt plures, deinde ipsi nobis dilationem damus. cum hoc peregero, toto animo incumbam, et si hanc rem molestam composuero, studio me dabo.“ De philosophicis commentationibus uix erit cogitandum, nam neque molesta illa studia erant et grauia neque adeo difficilis earum materia, et ipse in aliud tempus ea distulisse dicit: post paucos demum menses moralis philosophiae libros componit uid. ep. 106 2 108 1 109 17. nam quos commentarios desideratos a Lucilio compositurum se diligenter promittit ep. 39 1 haec ipsa moralia fuisse, ut suspicatus est Ruhkopfius, maximopere dubito, quia nulla eorum mentio inicitur in commercio litterario sex uel septem mensium qui secuntur, nam tantum temporis interest inter epp. 39 et 106; nisi forte consilium illud dilatatum autumnus anni persecutum dicamus. Accedit quod semper de talibus apertius agit cum amico et quid paret disertis

uerbis exponit. Neque etiam quaestiones naturales eas fuisse crediderim, a quibus ut aegrum intemperantem amici coercuerint: sed Oedipum fabulam cum cognatis argumentis, quorum duo tantum fragmenta alterum Oedipum et Phoenissas nobis reliquit absoluta. quibus sine dubio thebanam trilogiam OEDIPODEAM effecturus erat, grande sane pro poetae ingenio opus et quod uerba tam graua expressisse auctori non mireris. quominus hoc fuisse poetae consilium credas non obstat, quod in Oedipo Jocasta moritur, in Phoenissis fratrum discordiam componere studet: hanc ex Euripide, illam ex Sophocle romanus poeta uerterat, quem trilogiae ratio quae esset facile poterat latere. haec tria eodem fere tempore esse nata cum et argumenti et rerum et sermonis similitudo ostendat, tum et alterius Oedipi canticum, quod ex eodem Ouidii libro uno tempore sublatum in priorem Oedipum post u. 772 inrepsisse dixi Obs. p. 36. fragmentorum autem par illud caue ex integris superstites reliquias esse credas, sed sunt principales illae tragoediarum partes quas auctor primas et solas perfecerat. Quis fuerit totius trilogiae titulus non haereo; nam quod in uolgaris recensionis libris seruatum est Thebaidis nomen, non ex statiano carmine in tragoediam, sed ex hac in illud a Papinio translaturum arbitror. quamquam et Attii fabulae duplex ille titulus constat (Welcker 1387).

Sunt praeter ea quae supra attuli quaedam temporis illius signa et in ipso Oedipo et in fragmentis, qualia haec: Oed. Fr. 344 maculatos lares conflate. Phoen. Fr. 116 Nihil iam iura naturae ualent: post ista fratrum exempla ne matri quidem fides habenda est. 187 fratres — facinus quod nouum et Thebis fuit — in se ruentes. cf. Tac. XIII 17 ambiguae fratrum discordiae et insociabile regnum. Oed. 770 illa herculeae norint Thebae proelia fratrum. Ph. Fr. 287 scepra Thebano fuit inpune nulli gerere nec quisquam fide rupta tenebit illa. Oed. 642 maximum Thebis scelus maternus amor est; patria non ira deum sed scelere raperis. Ad u. 721 „sed ueteres deum irae secuntur“ cf. Tac. XVI 16: Jra illa numinum in res romanas fuit. — Quis quaeso non statim illis uersibus auditis Britannici oppressi admonitus esset, quis non Agrippinae, quam insidias parare filio uix quemquam audientium fugisse poterat. Nec noui certius argumentum Oedipum ante Agrippinae caedem esse factam atque etiam recitatam uel lectitatam, quam quae morientem illam clamasse fama fert siue uera siue falsa: „παῖς τάντην, Ἀνίκητε, παῖς ὅτι Νέσωνα ἔτεκεν“ uel ut est in Octauiam: „hic est hic est fodiendus, ait, ferro monstrum qui tale tulit“: Tacitus XIII 8 dubitans ni fallor, nec uero totum subducere sustinens quod acceperat, solum hoc refert „uentrem feri“. Nam haec ex Jocastae uerbis 1061 detorta sunt: „hunc dextra hunc pete uterum capacem qui uirum et gnatum tulit“. Jam ex his sceleribus reuertamur ad auctoris animum sui securum qui sic chori partes sustinet 903 sqq.: „Fata si liceat mihi Fingere arbitrio meo: Temperem zephyro leui Vela, ne pressae graui Spiritu antennae tremant. Lenis et modicum fluens Aura nec uergens latus Ducat intrepidam ratem. Tuta me media uehat Vita decurrens uia“. quibuscum ex epistulis innumeri loci comparari possunt.

Denique haruspicinae praecepta quae continentur hac fabula cum eis committenda sunt, quae de arte fulminum explorandorum interpretandorum exorandorum Quaest. Natt. II inde a c. 3 auctor disseruit. de manibus euocatis supra diximus p. 4.

Ad HERCVLEM pergimus, quam fabulam ante Neronis obitum factam ex Terentiani loco probauimus, aliquot annis post 810 (57) ipse auctor prodit his uersibus 842 sqq.

Quantus incedit populus per urbes
ad noui ludos audis theatri . . .
Tanta per campos agitur silentes
turba.

Quale hoc theatrum? nouum a Nerone esse extractum nemo memoriae prodidit nec sermo esse potest de Pompei theatro, cuius scaena incendio deleta (Tac. A. III 72 VI 45 cf. Orelli ad h. l. Dio LX 6 Sueton. Tib. 47 Claud. 21) refecta est a Claudio, quantum capiat hominum multitudinem mirantur Germanorum legati Tac. A. XIII 54. omnis quidem eius theatri apparatus aureus factus sub Nerone, cum Tiridates diadema peteret Romae (Tac. A. XV 24 a. 815 (62) Dio LXIII 6 Plin. XXXIII 54). Sed quis inde noui theatri nomen repetere poterat? At Marquardtii coniecturam proferes, qui Neronem, cum a. 813 ludos quinquennales institueret (Tac. XIII 20), odeum ab imperatore aedificatum esse coniecit, eosdemque ludos a nostro indicari hoc fabulae loco Fr. Haasi olim fuit sententia. Sed de hoc uix tacuissent Suetonius aliique scriptores nec fuisset illud tantae magnitudinis quanta caperet frequentiam a poeta per decem uersus celebratam. accedit quod Taciti locum s. l. XIII 20 non nisi is mihi recte interpretari uidetur qui quinquennales ludos in ipso Pompei theatro celebratos intellegat. praeterea uide Dionem LXIII 8: „ὅτι γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ Πόμη οὐδὲ τὸ τοῦ Πομπηίου Θέατρον οὐδ' ὁ μέγας ἱππόδρομος.“ Sed rem idem Tacitus declarat A. XIII 30 (cui accedit Suetonius 12) qui Neronem molem non theatri sed amphitheatri apud campum Martis extruxisse trabibus narrat intra anni spatium Nerone iterum L. Pisone coss. a. 810 (57). eiusdemque et Plinius XVI 200 mentionem fecit, fortasse et Seneca QN II 9 2 de eodem loquitur. theatri autem nomen pro amphitheatro non raro usurpari uix est quod moneam: Dio de ipsa hac mole agens LXI 9 *Θέατρον* dixit, plura Dionis exempla Sturzius in indice s. u. *Θέατρον* coniecit. atque etiam noster Tro. 1135 „crescit theatri more“, ubi locus amphitheatri similis describitur.

Jam in hos annos quadrare uidimus supra, quae post Burri mortem obiciebant inimici Senecae: eloquentiae laudem uni sibi illum adsciscere et carmina crebrius facitare, postquam Neroni amor eorum uenisset (Tac. A. XIII 52 a. 815 62).*) Nec ficta haec fuisse ex A. XIII 6 conligas: „Ne tamen ludicra tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium [Nero] adfectauit“ et q. s. Tribnamus igitur aliquantum delatoribus istis: quid si Senecam, ut et ab indigno isto aurigandi studio imperatorem abstraheret sibi que eius gratiam confirmaret, qua prodesse se posse reipublicae uideret, uersus pepigisse coniciamus, cum Burrus et Seneca quid de libidine illa senserint, constet ex Tacito? illos igitur non falsam rem detulisse, at uero inuidiam posuisse in eo quod Senecam repetitam ex poesi laudem detracturum Neroni sibi que soli fuisse conciliaturum fingerent. scimus Lucano, quod ob artem poeticam uehementer laudaretur, interdictum esse ne carmen

*) Nero quidem et iuuenis carmina pepigerat Tac. XIII 3. quare quod a Seneca NQ I 5 Neronis quidam uersus exhibetur, non erat satis idonea causa cur primum illarum quaestionum librum post a. 59 scriptum coniceret H. Lehmanns.

faceret (Dio LXII 29 adde Tac. XV 49 et uitam Lucani). Verum etiam aliud minabatur periculum hoc ipso anno 812 59 praeter gymnica imperatoris studia, scilicet ne ille in scaena se prostitueret. quod ne statim publice faceret Burri Senecaeque ni fallor monitis inpeditum iuuenales ludos instituisse peculiari theatro in hortis extracto (domesticam scaenam dicit Tacitus A. XV 39) idem auctor XIII 15 tradidit cf. XV 33. Quae cupido ne cresceret, Seneca cognatum quidem sed augusteae dignitati minus graue remedium inuenisse sibi uidebatur: recitationes carminum, quas non alienas fuisse a Neronis ingenio constat ex Suetonio 10 Dione LXII 29, immo tragoediarum quas et ipsum fecisse narrat Philostratus in uita Apollonii III 39. Inde conieceris amorem carminum in Nerone natum uel resuscitatum, cuius non pauca testimonia tradidere scriptores; inde ipsius Senecae aliquot tragoediae originem habere uidentur. quem, si uera sunt quae exposuimus, desines mirari atque uanitatis arguere, quod hac sera aetate rediit ad studia quae adulescentibus non senibus conueniant: neque enim ingenii impetus eas genuit nec adolescentiae feruor iste qui non desideratur in Troadibus neque in Medea, sed extorsit dira necessitas.

Potuitne ergo aliud argumentum quod aptius esset tractare, quam ipsum Herculem, quocum si dis placeret comparari a puero Neronis studium fuisse uidetur? Nam et Tacitus XI 11 et Suetonius 6 et Dio Cassius LXI 2 de serpentibus in infantis lectulo repertis — a Messalina „nouerca“ missos dicebant — referunt ita quidem, ut non parui hanc rem fecisse aut imperatoriam familiam aut illius temporis homines appareat. cui rei insignem serpentium mentionem Herculis u. 217 sqq. deberi crediderim. Atque in ipsis tragoediis quas Nero cantasse personatus fertur, Hercules insanus insignem obtinuit locum (Sueton 21 Dio LXIII 9) et imitaturus erat Herculis facta praeparatumque leonem aiunt quem uel claua uel brachiorum nexibus in amphitheatri harena spectante populo nudus elideret (Sueton 53). *Νέρωσι τῷ Ἡρακλεῖ* acclamabant senatores e Graecia reuerso (Dio LXIII 20).

Jam Thebae illae quo poeta animos audientium conuertit, Roma est, deterrimi cuiusque cubile quorum non alia regio fecundior extitit (Tac. XIII 13). Num quemquam dubitasse credes, quid sibi uoluerint ista bina fratrum castra u. 393, quid istud quod exposuit poeta u. 390: „thebana noui regna“ et q. s. quemue significauerit u. 400: „dominare ut lubet, dum solita regni fata te nostri uocent“? populo Lycus erat Nero (cf. u. 404 sqq. 743—51 ep. 95 51 „parcamus sanguine humano“) Neroni ipse Hercules. hoc alii dudum intellexerunt inter quos Swoboda (III p. 318) et Megaram Octaviae partes agere coniecit. De u. 741: „Vidi cruentos carcere includi duces Et inpotentis terga plebeia manu Scindi tyranni“ non est quod diu quaeramus qui illi fuerint: habes P. Celerem Cossutianum Capitonem Eprium Marcellum (Tac. A. XIII 33) alios duces flagitiorum reos sine numero.

Clarius etiam alterum temporis signum est chori canticum inde a. u. 879:

Thebis laeta dies adest:
aras tangite supplices
pax est herculea manu
auroram inter et Hesperum.

Haec enim cum uel propter nouum theatrum uel propter ipsas Neronis laudes siue ueras siue ficticias scripta esse non possunt post Tiridatem captum (a. 815 62 ex.), cum

Nero Janum geminum clausisset (Sueton 13 cf. Tac. XV 18 27 31), quo tempore pacem per orbem terrae senatus celebravit (XVI 28), anno autem 814 61 clades britannica pacis laudem ne factam credamus obstet, quamquam Tac. XIII 39 pacis nomen segni otio inpositum narrat. igitur Artaxata expugnata (811 58) huius laetitiae occasionem dedisse conicio, ob quae consalutatus imperator Nero et senatus consulto supplicationes habitae et honores principi decreti quos humana uix caperet condicio (XIII 41), ut praesagium esse possent illius simile quod expressit poeta u. 270: „haec (urbs) quae caelites Receptit et quae fecit et — fas sit loqui — Fortasse faciet“ et 263 „ferax deorum terra“.*) His igitur de causis annis 811 812 (58 59) fabulam hanc compositam iudicamus, firmantque chorici sententiae cum epistulis conlatae hanc sententiam uelut, ut ex multis pauca excipiam, primi uu. 165—175, uel 194—204, ubi u. 199 „me mea tellus lare secreto tutoque tegat“ (suburbanum philosophi habes ep. 12), tertii u. 868—878 cf. epp. 24 105. ceterum iam Gruterus uu. 859—64 ex ep. 57 2 explicasse recte mihi uidetur, ubi Lucilio cryptam neapolitanam describit auctor, quam ipse uiderat uere anni 811 (58). ad u. 841 „sed frequens magna comitante turba“ cf. ep. 99 7 „hunc comitatum generis humani“.

Ad PHAEDRAM transeo quam fabulam cum ceteris eiusdem esse auctoris nemo negauit, eodem autem uitae tempore compositam arguit et discrimen quod inter illam et Medeam cum Troadibus interesse agnouerunt omnes, et cognatio quaedam cum Oedipo et Hercule quae maxime canticis proditur. Atque ut hanc quoque in certum annum transferamus, argumentum facit. Nam qui illis annis Phaedram uetiti amoris studiosam conponeret uel recitatum audiret, fieri nullo modo poterat, quin ille Neronem Agrippinae inlecebris petitem reminisceretur,**) poeta igitur ex Agrippinae moribus transferret in Phaedram, ex Neronis in Hippolytum, auditor ex fabulae personis dominorum mores relegeret.

Quae Dio LXI 12 de Seneca Agrippinae interimendae auctore narrat, ridicula sunt nec quibus fides danda, cum meliorem Senecae famam Tacitus seruauerit XIII 7. Hic enim postquam c. 2 matris lasciuiam commemorauit (uid. etiam Sueton. 28) a Seneca quantum fieri poterat coercitam, reiectis Neronis insidiis, quarum Seneca non fuerat particeps, pauore imperatorem exanimem dicit contraque matrem nullum sibi inuenisse subsidium, „nisi quid Burrus et Seneca“, qui ubicumque erat in periculo uel uitae uel famae eum adiunarent. „quos statim acciuerat incertum an aperiens et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent; an eo descensum credebant (ex sua sententia haec loquitur Tacitus), ut nisi praeueniretur Agrippina pereundum Neroni esset?“ „Post Seneca“, qui consilio longe princeps erat, contra Burrus exactor eorum quae ille suaserat, „hactenus promptius, ut respiceret Burrum ac sciscitaretur, an militi imperanda caedes esset.“ Hactenus sceleris particeps Seneca: suavit ut mater interimeretur, postquam nullam aliam salutis uiam patere intellexit; aegre autem tulisse totaque mente abhorruisse a par-

*) similem aduerte Lucani adulationem I 51. „In tanta autem pace quantum ne bello quidem timeri potest accidit, ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit.“ de Lugduno incendio abrepto Seneca dicit ep. 91 2.

**) nam hoc inmane scelus alienum fuisse ab Agrippinae moribus uanosque rumores uolgasse eius aevi scriptores, quamquam nuper extitit qui contenderet, mihi tamen persuadere non possum.

ricida neque aliter credendus est caedem suasisse quam coactus. Nero autem perpetrata caede Neapolim concessit litterasque ad senatum misit quarum summa erat ficta illa de Agrippina morte narratio aliaque quasi in excusationem Neronis in criminationem matris excogitata. „Ergo non iam Nero, cuius inmanitas*) omnium questus anteibat, sed Seneca aduerso rumore erat, quod oratione tali confessionem scripsisset“. Igitur Seneca, is enim ut alias Caesaris orationes (Tac. XIII 3 Dio LXI 3) et hanc scripserat (Quintilian. VIII 5 18), quamquam mendacium a Nerone fictum exornabat uerbis, non tamen sustinuit rem omnibus notam in contrarium uertere — quamquam si uoluisset, non potuisset efficere, ut id mendacium non esse uideretur — sed Neronis famae dedit, quantum dandum erat, ueritati quantum eo temporis fieri poterat, officio suo quantum debere sibi uidebatur. Haec diu prouisa a philosopho tota epistula 81 plenissimum mihi quidem est documentum, ex qua pauca supra p. 17 adscripsimus. Ipsum uides aequissimo animo per mediam infamiam tendere, ne imperatorem, cui se deuinctum propter multa beneficia sensit, in infamia turpiter contracta deserat.

Igitur post Agrippinae caedem Phaedram scriptam conicio, qua fabula quid de matre Caesaris sentiret, poterat exponere, lasciuam atque artes, quibus illa potentiam uoluerat recuperare,**) maiore uerecundia quam alio licebat modo demonstrare, denique nullum Neroni aliunde fuisse subsidium in summo hoc capitis discrimine probare: nam ut Phaedra perdiderat Hippolytum sic Agrippina filium erat perditura. incestum autem illud quod intenderat mater ipse Seneca, qui et detexerat et prohibuerat, qua ratione melius in Neronis gratiam poterat aperire?

De domo caesarea scripsisse auctorem u. 562: „nullum caruit exemplo nefas: A fratre frater, dextera gnati parens Cecidit, maritus coniugis ferro iacet“, neminem poterat latere. Ipsum Neronem descripsisse non dubium his u. 665 sqq. „In te magis refulget incomptus decor Et genitor in te totus, et toruae tamen Pars aliqua matris miscet ex aequo decus. In ore graio scythicus apparet rigor“. (cf. Domitii patris uox apud Dionem LXI 2.) Et uu. 811 sqq. „Te frons hirta decet, te breuior coma Nulla lege iacens. tu licet asperos Pugnacesque deos uiribus audeas Et uasti spatio uincere corporis: Aequas herculeos iam iuuenis toros Martis belligeri pectore latior“. Corpus Neronis insigne toruitate uultus dicit Tacitus H. II 9, ἀπλόθρηξ describitur a Jo. Malala p. 250 et δασυπώγων, quod est illud hirta fronte (cf. Lucan. VIII 680 Silius XIII 861 XVI 121 Ouid. M. XIII 850): scimus Juuenalia instituta a Nerone ob barbam positam (Dio LXI 19 Tac. XIII 15 Sueton. 12): ut non nimis audacter uidear inde conicere uel potius coniecturae munimentum repetere, statim post interfectam Agrippinam, antequam Nero iuuenalis ludos institueret, anno igitur 812 (59) Phaedram esse factam.

*) quam frustra A. Stahrius Agrippina 235 iam hoc tempore insignem fuisse negat.

***) Tac. XIII 2 Sueton. 28 39 Pausan. VIII 27 3 cf. Lucan. VIII 406—10. Dio LXI 11 ea quae, ut filium sub suam potestatem rursus subiceret, temptauisse dicitur Agrippina, cum praestigis et libidinis aspectibus et osculis, quibus Claudium in amorem suum inlexisset, bene conponit. Vindex matrem incesto stupro polluisse Neronem coram militibus locutus fertur Dioni LXIII 22. sed haec ex aduersariorum ore fluxisse dicas. at quod Seneca fecit testimonium locupletissimum esse arbitror.

Vide quantopere cum Agrippinae caede congruant et Hippolyti gladius u. 906 conlatus cum Neronis mucrone quem Agerinam abiecisse ille finxit (Sueton. c. 34) et arbitraria mors 1206 Phaedrae pudore, Agrippinae metu commendata et Phaedrae confessio 1203 (nefas mentita finxi) atque nouerca querens supra corpus Hippolyti 1177: nam haec ex Nerone in illam transferre poeta poterat. Nec quidquam obstat quominus uitia quoque Neronis Senecam descripturum fuisse dicas 917 „castum diu uulgare populis corpus“ (Tac. A. XIII 12 cf. Dio LXI 5 7 8 9) 923 „ficta maiestas uiri“ 929 „pietas nefandum celat“. Et nescio an non u. 1176 per Theseum amore coniugum aut odio nocentem fuerit significaturus Claudium. Cum philosophi epistulis congruit praeceptum quamquam nutricis ore pronuntiatum 489 „uitae sequere naturam ducem“, cf. ep. 41 9. 90 16. 94 8. 98 14. 124 7. aureae aetatis descriptio 545 (cf. totam ep. 90), sententia denique tam frequens in Oedipo et Hercule et in epistulis obuia 1135: „Seruat placidos obscura quies Praebetque senes casa securos“ 1147 „Non capit unquam magnos motus Humilis tecti plebeia domus“.

Interesse aliquot annos inter has et **THYESTEN** fabulam conicimus ex poetae animo inflammato et incitato magis quam apparebat in prioribus. Vehementissime inuehi uidemus in neroneae aetatis mores et flagitia, in ipsum puta Neronem. Et quamquam referta sit fabula ingentibus facinoribus, ita ut taedium nostrum potius moueatur quam dolor, tamen si illius temporis uices ante oculos posueris, non poteris non agnoscere iustam auctoris iram et ardorem sinceramque mentem sui temporis uitii inmaerentem atque ingementem. Jam si consideras tumorem quo Tantalus in prologo rebus uenturis proludit, quo Thyestes agit in Atreum, non poterit, quin facinus horrendum a domino patratum ob animum auctoris uersatum credas, in cuius memoriam auctorisque infamiam totum carmen sit factum: haec ut breui dicam Burri erat caedes. Quid de Burro Seneca senserit ex ipsius libro de clementia altero 1 7 constat („B. praefectus tuus, uir egregius et tibi principi notus“), quae inter utrumque fuerit condicio, quae utriusque uirtutes ex Tacito praecipue XIII 2 docemur, quem non sine consilio ubique fere alterum cum altero commemorasse dixerim ubi de grauibus rebus actum narrat, ut quisque uideret discerni eos non potuisse: sic Seneca et Burrus XIII 2 6 14 XIII 7 14 Dio LXI 3 4 7 20). „Atque ciuitati grande desiderium Burri mansit per memoriam uirtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia (XIII 51). Mors eius infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem uirium erat altero uelut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat . . . hi uariis criminationibus Senecam adoriuntur“ (52). Nec tamen potentiam solam Senecae haec clades afflixit: grauius erat quod inde accepit damnum; tamquam fratris bonaeque animae partis erat iactura, atque ex eo tempore quem ante tulerat imperatorem is exciderat animo: in Neronem de Burro dicta crede, quae in Alexandrum dicit de Callisthenis caede NQ. VI 23, 2. 3: „fuit enim illi nobile ingenium et furiundi regis inpatiens: hic est Alexandri crimen aeternum quod nulla uirtus, nulla bellorum felicitas redimet. nam quotiens quis dixerit: „occidit Persarum multa milia“: opponetur: „et Callisthenem . . . Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quae fecit, nihil tam magnum erit quam scelus hoc“ — anno post Burri mortem scripta haec scias (uid. Lehmann l. 1.) — Hic fons acerbitatis, quanta in ceteris fabulis non extat, cuius quaedam testimonia adscribam. et primum ex eis quae Tantalidarum domui inprecatur generis auctor, haec nota:

- 43 bella trans pontum uehant,
 effusus omnis inriget terras cruor
 supraque magnos gentium exultet duces
 libido uictrix. inopia stuprum in domo
 leuissimum sit. fratris et fas et fides
 iusque omne pereat. non sit e uestris malis
 immune caelum. cum micant medio polo*)
 seruantque flammae debitum mundo decus
 nox alta fiat: excidat caelo dies.

post Agrippinae caedem sol repente obscuratus inter prodigia narratur Tac. XIII 12 Dio LXI 16**). Neroniani temporis luxuria reprehenditur u. 455 sqq.

- 455 Non uertice alti montis inpositam domum
 et eminentem ciuitas humilis tremit
 nec fulget altis splendidum tectis ebur
 somnosque non defendit excubitor meos.
 Non classibus piscamur et retro mare
 460 iacta fugamus mole nec uentrem improbum
 alimus tributo gentium: nullus mihi
 ultra Getas metatur et Parthos ager.
 non ture colimur nec meae excluso Joue
 ornantur arae, nulla culminibus meis
 465 inposita nutat silua, nec fumant manu
 succensa multa stagna, nec somno dies
 bacchoque nox iungenda peruigili datur:
 sed non timemur et q. s.

Quod poeta exponit, philosophus persecutus erat epistulis. ad singula haec potissimum conferas:

460 cf. Sen. ep. 122 8. — 461 Dio LXI 5 LXII 3.

462 „hoc quoque parum est, nisi latifundiis uestris maria cinxistis, nisi trans Hadriam et Jonium Aegaeumque uester uilicus regnat“ etc. ep. 89 20 cf. 90 39.

463 Dio LXII 26 ex. LXIII 5 Tac. A. XV 74 Turnus u. 27: „iamque inopia ponere templa Sacriligasque audent aras caeloque repulsas quondam terrigenas superis inponere

*) „cum micant stellae polo“ libri „solis polo“ G. Richter ex J. F. Gronouii coniectura scripserat. medio ex cantico 789 sqq. repetiui.

**) poeta rem latius persecutus est cantico 789—887. cf. u. 792 „quo uertis iter medioque diem perdis Olympo?“ 798 „nondum in noctem uergente die tertia misit bucina signum“. Plinius II 180: „Hunc solis defectum factum pridie kalendas maias Campania hora diei inter septimam et octauam sensit.“ Hunc temporis consensum non nisi inde ortum, quod statim post cenam thyestaeam solem deficere par esset, aegre mihi persuadeo. quamquam dubium facere possunt quae Seneca in ἀποθεώσεως c. II dicit: „cum omnes poetae non contenti ortus et occasus describere, etiam medium diem inquietent.“ De bucinae signo uid. interpretes ad Propert. V 4 61 Sil. VII 154 XV 605 Liu. VII 35 1 XXVI 15 XXVII 47 XXX 5 3 et Polybii locum ibi laudatum, Tac. A. XV 30.

regnis qua licet et stolido uerbis inluditur orbi“. Jo. Lydus de mensibus IIII 69. Apollo et Heracles dictus Nero Dio LXI 20 LXIII 20.

465 Tac. XV 42 Sen. ep. 122 8. Sueton. 31. Seneca Exc. Contr. V 3.

466 Seneca ep. 86 6—13 89 21. 122 8. Sueton. 27 31 35. Ammian. XVI 10 Plin. N. H. XXVIII 26 Martial. spect. 2 6.

467 Sueton. 27 Juuenal. IIII 137 cf. Seneca epp. 60 et 83 8 et 20 quae post talem noctem scripta uidetur, praecipue ep. 122.

Porro 599 sqq.: Ille qui donat diadema fronti,
 Quem genu nixae tremuere gentes,
 cuius ad nutum posuere bella
 Medus et Phoebi propioris Indus
 Et Dahae Parthis equitem minati:
 Anxius sceptrum tenet et mouentes
 Cuncta diuinat metuitque casus
 Mobiles rerum dubiumque tempus.

de Nerone haec dicta dubitabis? at si non dubitas, temporis definitionem alteram habes: diadema Tiridati concessum a. 815 62 (Tac. XV 2 14 24 Sueton. 13 Dio LXIII 5 6): portenta quae inde a matris caede Neronem terrent Sueton. 46 Dio LXI 14 Tac. XIII 22.

Pacem autem factam esse u. 561 sqq. Chorus testatur.

Neronianae domus transitoriae in palatino monte imaginem exhibet poeta a. u. 641—682 partim quidem ex Vergilio transcriptam: sed quae Senecae propria sunt, ex ipsa imperatoris domo mutuatum eum apparet cf. Sueton. 25 31 Tac. XV 39 Plin. XXXVI 22 46 Seneca ep. 90 12 43 (domus instar urbium). neque enim ex aurea domo haec repetisse Senecam est quod credamus, cum in hac quae Tac. XV 42 instituisse narrat imperatorem, non prorsus noua illa instituit sed in immensum aucta et exornata magnificentissime, quae olim in transitorio fuerant. ad 652 (penetrabile regni) uid. Tac. H. III 70 Juuenal. II 106 Dio LIII 16. ad u. 659 „affixa inhaerent dona“ cf. Sueton. 12 25 uid. interpretes. ne taxum quidem auctor u. 654 praetermisit.

Ut ad auctorem redeamus, primum ex sermone Senecam agnoscimus, cum ait u. 13 „in quod malum transcribor“. cf. ep. 4 I NQ. I pr. 17. Marc. 16. usurpat Turnus u. 26. formulam „credat hoc quisquam“ et Thy. 546 et ep. 97 9 habes. Tum quas noster de regibus exponit sententias 336—402, non semel tractauit in epistulis; sed quam ibi uitae rationem sequendam exposuit e. g. ep. 28 94, 7 19 113, 30 108, 13 propiore illi in fabula eum uides u. 391:

„Stet quicumque uolet potens
 aulae culmine lubrico:
 me dulcis saturet quies,
 obscuro positus loco
 leni perfruar otio.

Nullis nota Quiritibus
aetas per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei
nullo cum strepitu dies,
plebeius moriar senex.“

etiam apertius agit sub Thyestis persona u. 446: „Mihi crede falsis magna nominibus placent, Frustra timentur dura. dum excelsus steti Numquam pauere destiti atque ipsum mei Ferrum timere lateris. o quantum bonum est Obstare nulli. scelera non intrant casas Tutusque mensa capitur angusta cibus. Venenum in auro bibitur: expertus loquor*). Malam bonae praeferre fortunam licet.“**) Audio philosophum conneatum petentem a Caesare suasque facultates omnes illi cedentem Tac. XIII 53 54 Dio LXII 25.

Poteramus et nos conneatum dare legentibus, sed libet eiusdem aetatis carmina quaedam nuper reperta quae nonnulla eorum quae diximus confirmare possint, explicare et quantum possumus emendare. Primus ea ex bibliothecae Einsidlensis thesauris in Philologi t. XXVIII p. 338—41 typis describi iussit Herimannus Haganonis meus Bernensis: reperta debentur reuerendo P. Gallo Morellio. Breui dicam quid de eis sentiam: laudes sunt Neronis ab adulate profectione non ualde fauente Apolline.

Carmina I amoebaeo postquam Ladae Apollinem celebrauit primordia mundi ad citharam referentem, Neronem uatem Thamyras laudat *Ἰλίου ἔλωσιν* cantantem scaenico habitu qualem Suetonius 38 tradidit. Neronem Apollinem citharoedum adfectare studuisse uolgo notum. cf. Tac. A. XIII 14. iam Seneca *ἀποθεώσει* III 21—32 cum Phoebō conparauit. statuas tales Paulyus Encycl. V 585 enumerat. Augustani clamabant *ὁ καλὸς Καῖσαρ ὁ Ἀπόλλων ὁ Ἀγούστος εἰς ὁ Πύθιος* Dio LXI 20 *Νέρωσι τῷ Ἀπόλλωνι* LXIII 20.

Personarum notae ut I 23 26 sic et I 5 6 falso positae: uu. 5—9 Ladae sunt dandi. haec autem exit prohoemii imago: sequitur carmen amoebaeum:

T	M	L	T	L	T	L	M	L	T
2	2	2	3	3	2	2	2	3	14
14	14								

utriusque partes inter se artissime respondere uides cf. prae ceteris uu. 7—9 = 10—12, 15 16 = 17 18. 12 Thamyra quamquam ipse se uicturum sperat, tamen pignus quoddam ponere coactus fistulam non emit subito, sed promit. prompta igitur scribendum quo simul hiatus est sublatus. 17 „corrumpit“ codex, lege corrumpit. nam cum utrumque spes praedae inpellat, alter suam mentem alter Cynthium protendit. 22—35 Ladae carmen. prioribus quinque uersibus poeta de deis et mundi primordiis doceri optat. non recte hic distinxit editor, nam lineola tollenda post placet, punctum ponendum pro lineola post mundum u. 26. opposita autem sunt inter se haec „Seu tibi Phoebe placet i. l. f.“ et „Seu uirgo furit p. i. m. et canit o. c.“ ceterum sententia uerborum „primordia iungere mundi“

*) et 986 „Poculum infuso cape gentile Baccho“.

**) et 539 „Tua iam peracta gloria est: restat mea. Respuere certum est regna consilium mihi“.

etiam ad Phoebum trahenda est. Mediis quinque uersibus deum lyra intonantem demonstrat. Et haec stropha distinctione leuanda erit nam post „intonuitque manu“ ponendum est punctum. „talis“ qua uoce nouum enuntiatum incipit, altero „talis“ a quo u. 32 ultimi quattuor uersus initium capiunt excipiuntur. Deus qui modo intonuit, arte sua se manifestauit et caeli mentem i. e. diuinam illam potestatem quae omnia generauit, et solis imaginem, Phoebum. ex singulis haec aduertat: 23 ad loquentia fila cf. Pseudosenecae Agam. 360: docta fila Sil. XI 434: resonantia pollice fila. ore coacto i. e. inuito, ἐνθέρφ. imitandi autem uox quamuis facile ex codice possit elici, ubi est „emitare“, nihili est: et propter sententiam quae poscit actiuum, et propter metrum scribendum erit temptare: t littera post placet exciderat; fortasse scriptum erat temptare quae scribendi ratio propria erat saeculis V sqq. p. Ch. 28 utraque scribo: nam deus ille (haec enim excidit uox) dignus est et qui caeli mentem et solis imaginem repraesentet. 29 intonuit] sic Agam. 332: chelys nil acre intonet. 30 septem zonas] Posidoni erat doctrina cf. Strabo II 95 Forbiger Handb. d. a. Geogr. I 361 544. non huc pertinet Martian. VII 741: „in mundo etiam nouem sunt zonae id est sphaerae et deorum septem et terrae [duae]“. artificis pro artificiosi ut antea Propertius] sic hoc aeuo Persius Plinius Quintilianus alii non semel. 33 generauit carmina] cf. Sueton. Nero 52 „uersus... a cogitante atque generante exaratos“. Ladae qui musas Phoebi cantu adlectas narrat uerba interrumpit Thamyras, ad eum qui uere earum sit ductor Caesarem illas aduocans. 38 Troia quoque laudibus ad sidera tollat Neronis carmen quod sacros cineres nempe urbis incendium describit. uester sc. Troiae alumnus qualem supra uidimus p. 13. 43 scaenicus imperatoris habitus describitur, ad quem et barba et alba caesaries (candida tempora) et uitta uatis reuerendi insignia pertinebant: merito autem u. 47 uelat caput (non celat) amictu fati iliadis quae cecinerat inmaerens. 48 Mantua, quondam, sc. dum Vergilius uixit, non segnior quam os iliacum i. e. ipse Homerus (qui in Ἐπιταφίῳ Βίονος 72 dicitur Καλλιόπας γλυκερόν στόμα) haud procul stabat Neronem audiens cantantem, et ipsa Vergilium a Caesare superatum concedens suas chartas i. e. Aeneidem deleuit. — Excidisse coniecit Hagenus Midae iudicium: sed uidetur Mida in suspenso reliquisse suam sententiam, cum sibi quisque posset dicere utrumque laudabiliter, melius alterum cecinisse qui Vergilium Homero, Neronem Vergilio praestare dixerat.

II Alterum carmen auream aetatem sub Nerone pacemque summam celebrat, felicitatemque quae propter nimiam magnitudinem Mystae animum tristem reddat.

I curae mea gaudia turbant. cf. 9 et 10. Seneca ep. 91 5: „in ipsis uoluptatibus causae dolorum oriuntur“ etc. Thyest. 973 „an habet lacrimas magna uoluptas?“ 14 „Vetimus et tenero“ codex: lego „En thymus et tenero corpus submittere prato Herba iubet“. 16 diffusa propter syllabam breuem nequit ferri, ferendum autem multo leuius erit quod habet codex diffusus; nam quamquam Neuius I 645 fagum non inter eas arbores retulit quae masculino genere usurpatae inueniantur, tamen hoc fieri potuisse nemo dubitabit. an „diffusa ex cortice“? 17 non intellego „inbuat“, sed legendum erit induat, cum arae ex caespite factae fagi stirpem partim tegant. ceterum bacchicum sacrum uides describi. similiter Messalina „adulto autumnno simulacrum uindemiae per domum celebrabat. Urgeri praela, fluere lacus, et feminae pellibus accinctae adsultabant ut sacri-

ficantes uel insanientes Bacchae. ipsa crine fluxo thyrsum quatiens iuxtaque Silius hedera uinctus gerere cothurnos iacere caput strepente circum procaci choro." Tac. A. XI 31. 27 languescit senio Bacchus] cf. Senecae ἀποθέωσις II 5 „iussoque senescere Baccho" ibique Buecheleri notam. 31 domifactus codex, et retineo neroniani aevi propriam uocem. nam „tellus aratro domefacta" Petronius ait c. 99 (p. 120 B.); est autem utroque loco i. q. assuefactus. quod 30 arua iuuentus fodere dicitur non contrarium est illi quod poeta u. 36 ait „Nunc tellus inculta parit etc., nam tardum fingit aratrum: rustica igitur opera aguntur ita ut congruit cum aureo saeculo." uu. 33—35 cum codice scribo sic:

Sed procul a nobis infelix gloria Syllae
Trinaque tempestas, moriens cum Roma supremas
Desperauit [opes] et martia uendidit arma.

Cum Sulla non debebat Marius ab illo superatus nominari. at post sullana tempora triumuiratus turbae prioris scilicet Romam terrebant hanc enim trinam tempestatem dixit auctor. arma autem uendidit Roma post Crassum a Parthis deuictum, quae clades sub Nerone demum ut repararetur Corbulo effecit, qui „dignum magnitudine populi romani rebatur parta olim a Lucullo Pompeioque recipere" Tac. A. XIII 34. nisi forte rempublicam moribundam altero triumuiratu bellorum ciuiliu ducibus quasi uendidisse arma dicas.

Auream aetatem (quam et sub Commodo iactatam refert Dio, cum re uera ab aureo deflecteret ad ferream et rubiginosam) et molle imperii senium sub nomine pacis inridet Turnus 3. et de pace siue uera siue falsa uid. Tac. XIII 39 ex. XV 18 27: „sub Nerone inmota ubique pax praeter orientem" XV 31 XVI 28 cum Orelli notis. Sueton. Nero 13 et 18 et supra p. 22 in.

Parum me adhuc fateor intellegere, quid sibi uelit auctor u. 22 23, et quae sit femina quaecumque est u. 30: num ciuilia bella sic uoluit designare? u. 38 subient, quod est futurum, non tolerandum. itaque subeunt scribo. u. 39 tuus Apollo iterum Nero.

Sed iam utrumque carmen totum exhibebo:

I THAMYRA. LADAS. MIDA

TH. Te formose Mida iam dudum nostra requirunt
Iurgia: da uacuam pueris certantibus aurem!

MI. Haud moror et lusu nemoris secreta uoluptas
Inuitat calamos: imponite lusibus artem!

LA. 5 Praemia si cessant, artis fiducia muta est.
Sed nostram durare fidem duo pignora cogent:

Vel caper ille notam frontem qui pingitur albam
Vel leuis haec et mobilibus circumdata bullis
Fistula, siluicolae munus en memorabile Fauni!

Codex Einsidlensis 266 s. X p. 206 s. pleraque Hagenus egregie emendauit quae tacite recepi H = Hagen.
P = Peiper. 1 formosa 2 Iuria dam uacuam 3 cusu 5 TH et 6 LA corr. P 7 nota alba H 8 ex nobilibus
(scr. I et) 9 fistola | en H et

- TH. 10 Siue caprum maus uel Fauni ponere munus,
Elige utrum perdas et erit puto certius omen!
Fistula damnato iam nunc pro pignore *prompta* est.
- LA. Quid inuat insanis lucem consumere uerbis?
Iudicis e gremio uictoris gloria surgat!
- TH. 15 Praeda mea est, quia caesareas me dicere laudes
Mens iubet: huic semper debetur palma labori.
- LA. Et me sidereo corrumpit Cynthus ore
Laudatamque chelyn iussit uariare canendo.
- MI. Pergite io pueri promissum reddere carmen.
20 Sic uos cantantes deus adiuuet! incipe Lada
Tu prior: alternis Thamyras imponat honorem!
- LA. Maxime diorum caelique aeterna potestas,
Seu tibi Phoebe placet *temptare* loquentia fila,
Seu citharae modulis primordia iungere mundi
25 Carminibus uirgo furit et canit ore coacto:
Fas mihi sit uidisse deos, fas prodere mundum.
Seu caeli mens illa fuit seu solis imago,
Dignus utraque stetit *deus* ostro clarus et auro
Intonuitque manu. Talis diuina potestas
30 Quae genuit mundum septemque intexuit orbis
Artificis zonas et toto miscet amore:
Talis Phoebus erat, cum laetus caede draconis
Docta repercusso generavit carmina plectro.
Caelestes, ulli si sunt, hac uoce locuntur.
35 Venerat ad modulos doctarum turba sororum. . . .
- TH. Huc huc Pierides uolucris concedite saltu:
Hic Heliconis opes florent, hic uester Apollo est!
Tu quoque Troia sacros cineres ad sidera tolle
Atque agamemnonis opus hoc ostende Mycenis.
40 Iam tanti cecidisse fuit! Gaudete ruinae
Et laudate rogos: nester uos tollit alumnus.
.
. plurima barba
Albaque caesaries pleno radiabat honore.

11 omne 12 empta *corr.* P 17 corrumpit *corr.* P tincius *sser.* † cintius 18 celin 19 ca men
(r *sser.*) 21 alternus tamyras imponit 22 ceterique 23 TH 26 LA | emitare *codex* imitare H *corr.* P 24 Et
citare 28 utroque *corr.* P | deus *suppl.* P tunc H 30 oris 35 sonarum 27 eliconis 38 Tum | sacres *pr. m.*
39 agamemnonis 41 Post alumnus *biblioepi incuria duo uu. praeter alterius extrema uerba deleti sunt.*

45 Ergo ut diuinis impleuit uocibus auras,
Candida flauenti distinxit tempora uitta
Caesareumque caput merito uelauit amictu.
Haud procul iliaco quondam non segnior ore
Stabat et ipsa suas delebat Mantua chartas.

II GLYCERANVS. MYSTES

GL. Quid tacitus Mystes? MY. Curae mea gaudia turbant,
Cura dapes sequitur, magis inter pocula surgit
Et grauis anxietas laetis incumbere gaudet.

GL. Non satis accipio. MY. Nec me iuuat omnia fari.

GL. 5 Forsitan imposuit pecori lupus? MY. Haud timet hostes
Turba canum uigilans. GL. Vigiles quoque somnus adumbrat.

MY. Altius est Glycerane aliquid: non non, pater erras!

GL. Atqui turbari sine uentis non solet aequor.

MY. Quod minime reris, satias mea gaudia nexat.

GL. 10 Deliciae somnusque solent adamare querellas.

MY. Ergo si causas curarum scire laboras,

Quae spargit ramos, tremula nos uestiet umbra.

GL. En thymus et tenero corpus summittere prato

15 Herba iubet: tu dic, quae sit tibi causa tacendi.

MY. Cernis ut adtrito diffusa ex cortice fagus

Annua uota ferat sollemnisque induat aras?

Spirant templa mero, resonant caua tympana palmis,

Maenalides teneras ducunt per sacra choreas,

20 Tibia laeta canit, pendet sacer hircus ab ulmo

Et iam nudatis ceruicibus exiit exta.

Ergo non dubio pugnant discrimine nati

Et negat huic aeuo stolidum pecus aurea regna?

Saturni rediere dies Astraeaque uirgo

25 Totaque in antiquos redierunt saecula mores.

Condit securus tota spe messor aristas,

Languescit senio Bacchus, pecus errat in herba.

45 aures 47 celabit corr. P
6 sonus 8 atquin 10 diliciae 11 labores | lacunam H constituit nisi forte latet in litteris Uetimus arboris
nomen. 14 Ne timeas H Uetimus et codex corr. P 16 diffusus codex diffusa H ex add. P 17 inbuat codex
inbuat H corr. P 19 Minalides 21 extra 22 Ergo num dubie (sser. Io) 23 solidum 24 dies redit astrea
certos 26 securas 27 bacuspecus 28 opida

Nec gladio metimus nec clausis oppida muris
 Bella tacenda parant, nullo iam noxia partu
 30 Femina quaecumque est hostem parit, arua iuuentus
 Nuda fodit tardoque puer domifactus aratro
 Miratur patriis pendentem sedibus ensem.
 Sed procul a nobis infelix gloria Syllae
 Trinaque tempestas, moriens cum Roma supremas
 35 Desperavit *opes* et martia uendidit arma.
 Nunc tellus inculta nouos parit ubere fetus,
 Nunc ratibus tutis fera non irascitur unda,
 Mordent frena tigres, subeant iuga saeua leones.
 Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

FINIT

31 domi fultus H 32 ensem (*scr. ferrat*) 33 sille 34 Tetraque t. Marii H | tempesta 35 desperabit |
 opes *suppl.* P 38 subient *corr.* P

Sed iam ad Senecam recurrendum erit. quem sui temporis rebus in tragoediis nonnihil spatii concessisse neminem adhuc fore spero qui infitias eat. Atque cum in ceteris omnibus quid auctorem conuenerit, ut partim bene partim male iudicaret de Nerone, ut uel reprehenderet uel adularetur, recte nobis uideamur inuestigauisse — erant autem res ab omnibus scriptoribus eius aevi summi momenti habitae: Claudii nuptiae, Neronis laeta initia, imperatoris inhonesta studia, Agrippinae mors et Burri, neque fere quidquam uides non tractatum a Seneca quod caesareae domus fata tangeret grauius — una restat tragoedia de cuius consilio non satis certi uidemur locuti esse Oedipus. Sed quoniam non rara occurrebant in ea atque Phoenissarum alteriusque Oedipi fragmentis discordiae uestigia quae inter Neronem et Britannicam fratres erat, nunc quidem quod solum superest flagitium Neronis fratris caedem notaturum fuisse poetam in illa trilogia pro certo adfirmauerim.

Neque quam exposuimus de his tragoediis sententiam nouam esse dico. nam qui scripsit Octauiam sine dubio completurus erat quodammodo facinorum seriem quam quominus absolueret Seneca non una obstabat causa. Primum enim id quod est summum: post Burri mortem Octauiae discidium atque nex non adeo mouere poterat Senecam animo fractum corpore debilem, et quantum supererat uirium contulisse ille uidetur in quaestiones naturales ad finem perducendas aliaque philosophica opera uelut de beneficiis; donec biennio post ipsum Neronis saeuitia sustulit.

Quomodo fieri potuerit, ut Seneca reprehensis tam uehementer imperatoris uitis et flagitiis saluus esset, supra interrogauimus. Facile est ad respondendum: quia in Oedipo atque in Hercule plus uideretur adulationis quam infamiae; atque Phaedra tota composita uidebatur in Neronis utilitatem: Thyesten autem non dubito, quin paucis tantum ex amicis commiserit auctor, quorum certe nemo tunc temporis Neronis gratia fruebatur.

Nihil diximus de Agamemnone atque Hercule altero, quia prorsus nihil ex illis poteramus proferre quod quodammodo ad rem publicam pertinere uideri posset siue

neroneae siue posterioris aetatis. Qua ex re non solum coniecturae quam de utraque fecimus, non esse Senecae sed alius auctoris qui post illum uixerit, non exiguum paratur subsidium, sed etiam quae de ceteris exposuimus hucusque confirmari uidentur. Quod si quis haec quoque „mythica“ habuerit, uideat ut firmiter argumentis nitatur quam quibus usi aduersarii aliis rebus, quas nos in Senecae tragoediis nouauimus, oblocuti sunt.

Ut et uerba auctoris quantulumcumque fructus ex hoc supplemento capiant, coniectanea aliquot subiciam:

H 357 nunc quidem credo Senecam scripsisse:

„ars prima regni est posse in inuidia pati“

nam T 470: „inmane regnum est posse sine regno pati.“ an idem uoluit G. Richter?

H 797 fort. „iraque tumuit“. cf. I 737 „Atreus saeuit atque ira tumet“

T 68 uocem amnes retinendam credo sic: „ad stagna et amnes, ad recedentes aquas“ etc. namque Tantalus „stagna et amnes“ hic complectitur ut Furia infra 105 „infernus specus amnemque notum“; addit autem suos labores: recedentes aquas et fugientia poma.

T 114 Ni fallor Isthmos „longe remotos laetus exaudit sonos“ recedente periculo, ne geminum mare confundat fluctus mergatque terras.

O Fr. 31 fort. „uotum Cithaeron redde“.

P Fr. 189 scribo: „hoc populus omnis, utraque hoc uidit soror Genetrixque uidit.“

P 65 quod legitur cresseas in E, uidetur id esse cressaeas uel cressaeas i. e. carias; Cressa autem portus Cariae u. Plin. V 104 Demosthenes ap. Steph. Byz. unde Κρησαῖος Inscr. 1584. scilicet Creta non nisi in Cydoneatarum regione ceruos gignit: Plin. VIII 228, idem postquam commemorauit maria gregatim nantes trameare ceruos, addit hoc maxime notari a Cilicia Cyprum traicientibus VIII 114.

P 212 legendum erat: „non placent suetae faces,

non tecta sani moris aut uilis cibus.“

nam ut haec in codd. et edd. leguntur, desideratur quam maxime sancta Venus quam statim cum ceteris quae antea breui complexus erat poeta persequitur.

P 891 „uerbere ac uinclis anus altrixque prodet“: sic libri. ego coacta pro altrixque legendum conieci olim, quod probabile uidebatur ad sententiam, non adeo si codicum uestigia spectas. facillima autem ad expediendum erat haec difficultas sic: „uerbere ac uinclis anus adstricta prodet.“ similiter TR 569: „uinclis manus secantibus praestricta“. ibidem 582: „coacta dices sponte quae fari abnuis.“

O 419 certissima est emendatio quam hunc in locum proponam: non enim uideo, quid tyria mitra sibi uelit, nisi cum Richtero purpuream uel pictam intellegas, cum tamen Bacchum ex oriente aduenam nomine adiectiuo apposito Senecam fuisse significaturum liqueat. igitur scribe mecum:

„te caput thyna cohibere mitra.“

qua quidem emendatione satis artus numerus locorum ubi Seneca creditur i uocalem pro consona posuisse iterum minuitur.

O 899 pares posui in exemplari nostro ex N. Heinsii coniectura (parens A), sed cum acres sit in E, pronum erat scribere truces.

M 179 CREO. IDEM praefixit G. Richter. sed quamquam nil inpedit quominus interesse Creontis et Medae conloquio et Nutricem, quam abisse non significatur, credas, tamen praestabit ex Medice uestigiis IDEAI repetere MEDEA.

M 230 lego: „Munus est Orpheus meum
geminumque munus Castor et Pollux, mei
satique Borea quique“ etc.

M 314 hoc uersu uolgatam lectionem retinuit G. Richter, quamquam defletque cum Etrusco aliquot correcti libri deterioris generis. fort. differt, nam etiamsi Ouidius M II 177 „quamuis tardus eras et te tua plaustra tenebant“ de Boote dixit, tamen ipse Bootes, ne descenderent boues in pontum sitibundi, inpedire, igitur illos differre poterat fingi. differre autem in deferre non semel est in libris corruptum, unde facile deflet ortum.

M 745 fort. „Tartari ripis ligatos, squalidae mortis specu“. Fr. Haasi est coniectura.

M 1017 „Si posset una caede satiari, a manus nullam petisset“. sic E quod probo. a interiectio quam uolgo perperam scribunt ah.

A 848 frustra omnes interpretes laborarunt, ut deorum inparem numerum, quem aequauerit Hercules, et ipsi intellegerent et aliis explicarent quod intellexisse sese fingebant. Repetenda erat uera Senecae manus ex Hercule, ubi 836:

„Derat hoc solum numero laborum
Tertiae regem spoliare sortis.“

de *δωδεκάθλο* etiam Agamemnonis auctor loquitur; scribendum igitur
„numerum laborum | inparem aequasti“.

Praeterea et Thylen insulam M 382, quae constans est ueterum librorum scriptura, reposuerim et Pandateriam Oct. 1001. Inprudenter in Addendis p. XLVIII corrupti modo sanatum a me uersum H II 1799: ubi uocis antiqua mediae litterae in libro uetustissimo exciderant (a qua E): de synaloephe ea sede adhibita non dubitandum, uid. M 682: „turbam malorum: arcana secreta abdita.“

De Scaeni loco quem supra exhibui p. 9 sero cognoui Leutschii iudicium (Philol. Anzeiger 1869 n. 4) nec tamen praeter Hecabes nomen ab eo quoque restitutum probare possum quae ille dicit. grammatici locus librarii oscitantia corruptus est, in ipso fragmento nil praeter Cisseis mutandum. Quod quem locum in tragoedia habuerit, Senecae chorus TR 67 „Non rude uulgas“ sqq. (cf. Scaeuae „ueteri planctu“) ostendit. uid. 99: „Soluimus omnes lacerum multo funere crinem“ c. atque poeta dixit, quia, ut Seneca ait u. 102, sparsit cinis feruidus ora. Vergil. A. XII 611 „Canitiem in mundo perfusam puluere turpans.“ — Denuo lectis quae ante hos nouem annos B. Schmidtius commentatione supra p. 3 adn. laudata scripsit, uideo quaedam me protulisse quae et ille inuenit. quare ne iterum atque iterum spoliatum se expilatamque a nobis queratur, cedat illius nomini meum in omnibus quae lectores communia inuenerint. — ad p. 14 n. 1 adde Lucan. V 400 „iliae numen quod praesidet Albae“. Ouid. F VI 227 „iliae Vesta“ i. e. Cybele. — ad p. 16 u. 16 add. Tac. XIII 56: „Seneca instituta prioris potentiae inmutat, prohibet coetus salutantium, uitat comitantes, rarus per urbem“ et q. s. — p. 29 non recte uerba „trinaque tempestas“ de priore triumphatu intellexi nempe Caesaris Pompei Crassi, cum unum tantum Antoni

Octauiani Lepidi publice agnouerint ipsi Romani. atque ita clarior euadit sententia: Roma moribunda Octauiano uendidit arma.

Erat in animo quae fata fuerint tragoediarum per medium quod dicunt aeuum persequi. nam notissima tantum enarrauit W. Braunius Die Trag. Octauia Kiel 1863 p. 59 sqq. quo coepto propter chartarum angustias, quae iam solennis est harum scriptionum querela, desistere coactus grauiora quaedam quae huc pertinent proponere uolo. Et primum quidem Boetio cognitam fuisse cum uolgari recensione Octauiam quod dubitanter pronuntiauimus praef. p. XII (cf. G. Richter in Fleckeiseni Ann. 1869 p. 779) clamant statim primi Consolationis uersus I 1 3 s.

„Ecce mihi lacerae dictant scribenda camenae

Et ueris elegi fletibus ora rigant.“

nam sic Oct. 338 sqq.:

„Scindit uestes Augusta suas

Laceratque comas

Rigat et maestis fletibus ora“.

Non debbam praetermittere Hieronymum qui Senecae uerbis quae sunt TR. 520 s. utitur in vita B. Malchi (ep. LII, ed. Vallarsi t. II) „Si iuuat miseros dominus, habemus salutem: si despicit peccatores, habemus sepulcrum“, iterumque in epistula (XVI) ad Principiam (ed. Vall. t. I p. 944 ep. CXXXVII) „cumque et te et illam ad apostoli d. Petri basilicam deduxissent, ut uel salutem ostenderent uel sepulcrum.“

Senecae uerba sunt: fata si miseros iuuant,
habes salutem, fata si uitam negant,
habes sepulcrum.

utrumque autem locum indicauit Delrius Syntagmatis III 459.

Ibidis ouidiani interpretis cuius locum quendam ex Seneca petitum praef. p. XLVI indicaui (nam ad Stat. Theb. III 307 „funereae tum namque dapes mediique recursus solis“ non referenda sunt eius uerba) etiam altero loco, nempe p. 466 ed. Merkel. ubi de Sphinge thebana agit, falso uidetur Statium pro Seneca posuisse. nam quamquam non ex solo Seneca hausit, quae ibi commemorat, tamen Oedipi u. 87 sqq. (cf. Phoen. 119) plus uidentur habere momenti quam quae Statius Theb. I 66 II 504—518 narrauit.

Seruius quoque Stati nomen posuerat pro Seneca (cf. ad Oed. 1079) neque hic semel: nam quae ad A. II 354 leguntur post Stati Theb. X 487: „Item: scimus mortem captiuitatis esse remedium“ ex locis tragoediarum sublata suspicor quales sunt TR 143 Ag. 592 797 Herc. II 1021.

Idem quae in centimetro c. III 1 et 4 et 17 adonii alcmanni stesichorii fecit exempla haec „Fundite fletus“ „Tundite pectora palmis“ „Aeacides iuuenis trahit Hectors; plangite pectora Troes“, ex Troadibus sumpsit, cf. u. 131 Priamo uestros fundite fletus (cf. ἀποθέρωσ. XII 1 „Fundite fletus“) 114 „saeuite manus, pulsu uasto tundite pectus“ et 64 „ferite palmis pectora“.

Lactantius Stati interpretis praeter Thyestae carmina (Thy. 342—52) alterum Senecae testimonium dedit ad Theb. III 476 ubi haec adscripsit: „Liber cum ex India

ueniens in deserta ac in extrema parte Libyae teneretur ac siti laboraret exercitus, dicitur rogasse Jouem, ut se patrem probaret.“ significatur Herculis u. 36 „patrem probauit“.

Sidonium ipsas tragoedias legisse multa in eius carminibus insunt quae doceant e. g. XXII u. 90 sqq.

Despexit Agaue

Te colere et nosmet Niobe. riget inde superbum
Vulnera tot patiens quot spectat pignora uentris.

ibid. 96 sqq.

Ergo nec aonios colles habitare ualemus,
Cum patris extincti thalamis potiatur adulter
Frater natorum coniunx genitricis habendus
Vitricus ipse sui.

Liudprandus Antapodosi III, quem librum ante a. 961 scriptum contendit editor in Pertz Monum. V 265, non ex Boetio sed ex ipso Seneca (Phaedra 757) descripsit hos uersus (c. 15 u. 23 sqq.):

Ex quibus nomen referens in astra
cuncta calcabis pedibus per orbem
quae premit tardus radians Bootes
et quibus nomen dedit Hesper almus:
Lucifer rursus uocitatus idem
surgit eo properans corusco.

Circa idem tempus Notkerus Boeti consolationis libros enarrans (ed. Hattemer p. 52b) latinos tragicos se non uidisse fatetur (ad II pr. 2 ex.): „Tragoediae sint luctuosa carmina. álso díu sint. díu sophocles screeb apud grecos de euerisionibus regnorum et urbium. únde sint uuideruuártig tien comoediis. án díen uuír ío gehórên laetum únde iocundum exitum. U'ns ist áber únehúnt. úbe dehefne latini tragici fúndene uuérdên. sô uuír gnúoge findên latinos comicos.“

Neque etiam uetusti librorum catalogi quotquot uidi Senecae tragoedias nominant praeter unum qui saeculo XI sub abbate Hieronymo compositus ab Henrico clerico recenset libros quos possidebat monasterium fratrum Benedictinorum Pomposanum in agro Rauennatum. descripsit illum ex codice Estensi Montefalconius p. 81—96 ubi uid. p. 86. pauca de eius bibliothecae fatis dixit Blumius in Itinere italico I 225. Mutinae ille codex non est neque etiam Parisiis. nec tamen omnis spes abiicienda fore ut uel hic uel alius Etrusco superior ex Italorum bibliothecarum tenebris aliquando emergat.

Schul-Nachrichten.

A.

Chronik des Gymnasiums.

Am Schluss des vorigen Schuljahrs hatten Lehrer und Schüler des Gymnasiums mit aufrichtiger Freude die Kraft und Frische bewundert, mit welcher ihr hochverdienter Director, Herr Professor Dr. Schönborn, der eben sein 67. Lebensjahr angetreten, die Arbeitslast jener Tage fast spielend trug. Die Hoffnung, dass seiner segensreichen Wirksamkeit noch eine recht lange Dauer beschieden sein werde, schien eine berechnete, da erschreckte sie schon nach wenigen Tagen die Nachricht, dass der verehrte Mann in Berlin, wohin er sich während der Osterferien begeben hatte, von einem schlagähnlichen Anfall betroffen und sein Leben in Gefahr gebracht worden sei. Zwar erholte er sich innerhalb weniger Wochen so weit, dass er nach Breslau zurückkehren konnte, aber seine physische Kraft war gebrochen, und die Energie seiner Seele, die sonst manches nicht unerhebliche körperliche Leiden bezwungen hatte, reichte nicht mehr aus, ihn zu der sehnlichst erwünschten Wiederaufnahme seiner amtlichen Thätigkeit fähig zu machen. Die Hoffnung hierauf regte sich in allen, denen er theuer war, noch einmal lebhafter, als aus Landeck, wohin er zu Anfang des Juli gereist war, wiederholt berichtet wurde, seine Kräfte hätten sich durch den Einfluss der stärkenden Waldluft zu heben angefangen; um so erschütternder aber wirkte die am 8. August telegraphisch anlangende Kunde, dass er an diesem Tage in Folge eines dem ersten ähnlichen noch heftigeren Krankheitsanfalles aus dem Leben geschieden sei. Seine irdische Hülle, die in der Nacht vom 9. zum 10. August in Breslau angelangt war, wurde am Morgen des 11. dem Schooss der mütterlichen Erde anvertraut, begleitet, ungeachtet gerade die Zeit der grossen Ferien war, von einem unübersehbaren Zuge von Schülern, die auch den Sarg ihres verehrten Directors hatten schmücken helfen, von den Lehrern des Gymnasiums, den Vertretern der hohen Königlichen und Städtischen Behörden, der Geistlichkeit, der Universität, der übrigen höheren Unterrichtsanstalten und

einer grossen Menge Verehrer des Heimgegangenen. Nach dem Wiederbeginne des Unterrichts versammelte sich am 21. August das Lehrer-Collegium und der gesammte Cötus der Schule zu einer Gedächtnissfeier, bei welcher nach einem von dem Sängchor des Gymnasiums ausgeführten Gesange der Prorektor das Bild, welches sich während 24jähriger amtlicher Wirksamkeit unter dem Verewigten von diesem seiner Seele eingepägt, zu zeichnen versuchte.

Eine eingehende Darstellung von dem Leben und Wirken des hochverdienten Mannes, verfasst vom 3. Professor des Gymnasiums Herrn Palm, ist bereits durch den Druck veröffentlicht. Der engbegrenzte Raum dieses Schulprogrammes beschränkt den Referenten auf folgende kurze Angaben über das Leben und die reiche Thätigkeit des Verewigten.

Karl Gottlob Schönborn, geboren am 18. März 1803 zu Meseritz in der Provinz Posen, erhielt den ersten Unterricht sowohl in den Elementarkenntnissen, als auch in den klassischen Sprachen durch seinen Vater, einen ausgezeichneten Lehrer, welcher erst Rector an der Stadtschule, dann Prediger in Meseritz war. Die Mutter, Eleonore Theophile, geb. Gumpert, welche den Knaben in der Musik unterwies, legte in demselben den Grund zu seiner später so tüchtigen musikalischen Bildung. Nachdem er auf dem Gymnasium zu Züllichau ein volles Jahr zugebracht, fand er zu Ostern 1817 in der Schule zu Pforta Aufnahme. Von den vielen strebsamen Schülern dieser berühmten Anstalt einer der eifrigsten, erwarb er sich unter Lehrern wie Ilgen, Koberstein, Jacobi, Wolff, Lange eine ausgezeichnete Befähigung zu fruchtbaren Universitätsstudien, die er im Herbst 1822 in Breslau begann. Er widmete sich vorzugsweise der classischen Philologie und der Geschichte, wesentlich gefördert durch die wohlwollende Theilnahme, welche die bedeutendsten Vertreter dieser Fächer, Passow, Schneider, Wachler, dem strebsamen reich begabten Jünglinge schenkten; aber er verwendete auch grossen Fleiss auf das Studium der Muttersprache, der Mathematik, Physik und einzelner theologischen Disciplinen. Kaum hatte er die akademischen Studien beendet, da berief ihn, Johannis 1826, der Magistrat in Guben in das Prorektorat des dortigen Gymnasiums. Die Tüchtigkeit, die er in der Verwaltung dieses Amtes bewährte, veranlasste die Behörden, ihm im Jahre 1830 das Directorat des Gymnasiums zu Schweidnitz zu übertragen, für welches es damals eines Leiters von eiserner Energie bedurfte. Nach dreijähriger Wirksamkeit in dieser Stellung, in welcher er die auf ihn gesetzten Erwartungen vollständig erfüllte, erhielt er im Herbst 1833 den Ruf zum Rector des Magdalensäums in Breslau und übernahm dieses Amt im April 1834.

Die Aufgabe, welche hier an ihn zunächst herantrat, die Anstalt, die in den letzten Vorjahren sowohl hinsichtlich der Leistungen, als auch hinsichtlich der Zucht ihrer Schüler sichtlich herabgekommen war, wieder zu heben, griff er mit einer Entschiedenheit an, welche Vielen Rücksichtslosigkeit zu sein schien. Aber er behielt sein Ziel fest im Auge, und der Erfolg seines consequenten Verfahrens versöhnte bald die mit demselben Unzufriedenen. Nach wenigen Jahren schenkte man der kraftvollen und umsichtigen Leitung Schönborn's das vollste Vertrauen, und er hatte die Genugthuung, das Magdalensäum immer gesuchter werden zu sehen. Als er sein Amt antrat, fand er in 7 Gymnasial- und 2 Elementar-Klassen 515 Schüler, beim Beginn des Schuljahres 1869-70 dagegen betrug in 15 Gymnasial- und 6 Vorschul-Klassen die Gesamtzahl der Schüler 1103. — Schönborn

war streng gegen seine Schüler, gegen sich selbst aber noch weit strenger und gewiss hat er durch nichts mehr, als hierdurch das Gedeihen der von ihm geleiteten Anstalt gefördert. Jede seiner Pflichten als Director und Lehrer erfüllte er mit staunenswerther Pünktlichkeit, mühevollen Arbeiten, die er ohne Bedenken auf die Schultern anderer hätte legen können, verrichtete er selbst und zwar fern von aller Ostentation. Er wurde hierdurch ein Vorbild nicht nur für die Lehrer, sondern auch für die reiferen seiner Schüler, denen, wenn sie die umfassende, energische, geregelte und nie rastende Thätigkeit ihres Directors sahen, allmählig das Bewusstsein kommen musste, dass die Arbeit nicht blos Beschwerde, sondern die edelste Befriedigung mit sich bringe. Die reiche pädagogische Erfahrung des Verewigten, unterstützt durch die Fähigkeit, in zweifelhaften Fällen schnell und sicher das Richtige zu erkennen, liess ihn treffliche Anordnungen für den Unterricht finden; der von ihm selbst ertheilte Unterricht aber war geistvoll und in hohem Grade anregend. Bei der Erklärung griechischer und lateinischer Dichter wusste er mit feinem Takt überall das Schöne zu bemerken und durch die Art, wie er es seinen Zuhörern zum Bewusstsein brachte, Bewunderung für dasselbe zu erwecken. Gewährten hierdurch diese Stunden Genuss, so wurden sie durch die Gründlichkeit seines Wissens eine reiche Quelle der Belehrung. Die Klarheit seines Denkens brachte nach und nach auch in verworrene Köpfe Licht und Ordnung, und die Bestimmtheit seiner Sprache gewöhnte die Schüler daran, sich vager Phrasen zu enthalten und ihren Gedanken einen präzisen Ausdruck zu geben. Seine tief wurzelnde christliche, evangelische Gesinnung endlich erwärmte beim Religionsunterricht und in den Schulandachten die Herzen der Schüler für die Wahrheiten des Evangeliums. —

Dass ein Mann, der als Gymnasial-Director so ungewöhnlich viel Arbeit vollbrachte, auch noch andere Aemter bekleidet habe, welche ein beträchtliches Maass von Thätigkeit beanspruchten, klingt unglücklich, und doch war es so. Schönborn stand beinahe 25 Jahre dem schlesischen Institut für Blindenunterricht als Director vor. Wegen seiner ausserordentlichen Geschäftsgewandtheit hatte ihn die schlesische Gesellschaft für vaterländische Cultur zu ihrem General-Secretär gewählt. Anspruch an seine Arbeitskraft machten ausserdem der schlesische Kunstverein, dessen Präses er war, und die Breslauer Singakademie, deren Vorstand er angehörte. Und bei alledem vermochte er noch an den neuen Erscheinungen in der Litteratur und an dem Gange der Weltgeschichte den regsten Antheil zu nehmen, eine nicht geringe Anzahl gelehrter Abhandlungen zu verfassen und wissenschaftliche Vorträge zu halten. Eine solche Leistungsfähigkeit muss Bewunderung erregen. Zwar hatte ihm Gott die glückliche Gabe, schnell zu arbeiten, verliehen; aber so viel Arbeit bewältigen konnte doch nur eine vollkommene Selbstbeherrschung, welche die Gedanken stets gesammelt hält und sie von dem Gegenstande, den sie verfolgen, auch nicht einen Augenblick abschweifen lässt.

Schönborn war sich seines Werthes bewusst, darum trat er so sicher auf. Aber er war fern von Hochmuth und Eitelkeit; vor jenem bewahrte ihn sein wohlwollendes Gemüth, vor dieser sein durch die Kunst geläuterter Geschmack, sein Schönheitssinn. So musste ihm jene Höflichkeit eigen werden, jene feine Form des Benehmens, durch welche er schon bei der ersten Begegnung für sich einnahm und selbst da, wo er Rüge oder Ab-

weisung für seine Pflicht hielt, in demjenigen, den dies traf, die Bitterkeit der Empfindung milderte.

Ein wie grosser Verlust der Tod eines solchen Mannes, dessen Vorzüge und Verdienste in den voranstehenden Zeilen nur unvollständig angegeben worden sind, für das Magdalenäum, die Stadt Breslau, die ganze Provinz, die Wissenschaft gewesen sei, das bedarf keines Wortes. Sein Name wird noch lange in den weitesten Kreisen einen guten Klang haben, und die Zeit seiner Amtsführung in der Geschichte des Magdalenäums für immer einen glänzenden Abschnitt bilden.

Schriften des Verstorbenen sind: *De authentia declamationum, quae Gorgiae Leontini nomine extant.* Diss. Vratisl. 1826, 4°. — Ueber die Aechtheit der Verse 895—906 in der *Antigone* des Sophokles. Programm des Gymnasiums zu Guben. Breslau, 1827, 4°. — Ueber das Verhältniss, in welchem Platon's *Menexenos* zu dem *Epitaphios* des Lysias steht. Programm des Gymnasiums zu Guben. Breslau, 1830, 4°. — Rede, gesprochen am Stiftungsfeste des Gymnasiums zu Schweidnitz, den 26. Januar 1831. Programm des Gymnasiums daselbst. Schweidnitz, 1831, 4°. — *Commentatio de codicibus duobus ex bibliotheca J. Petri de Ludewig in gymnasii Suidnicensis bibliothecam translatis.* Vratisl., 1835, 4°. — Ueber „Lorinser zum Schutz der Gesundheit in der Schule.“ Im Programm des Magdalenäums zu Breslau 1837. 4°. — Zur Verständigung über Göthe's *Faust*. 1838. 4°. — Rede zum Andenken an das 200jährige Bestehen des Magdalenen-Gymnasiums in Breslau am 6. November 1843 gehalten. Breslau, 1843. 8°. — Beiträge zur Geschichte der Schule und des Gymnasiums zu St. Maria-Magdalena in Breslau. I. Von 1266 bis 1400. Programm zu dem feierlichen Redeact zum Andenken an das 200jährige Bestehen des Gymnasiums zu St. Maria-Magdalena am 6. November 1843. 4°. — Derselben Arbeit II. Theil von 1400—1570. (Programm des Magdalenen-Gymnasiums 1844.) 4°. — Derselben Arbeit III. Theil von 1570—1616. (Programm des Magdalenen-Gymnasiums 1848.) 4°. — Derselben Arbeit IV. Theil von 1617—1643. (Programm des Magdalenen-Gymnasiums 1857.) 4°. — Anmerkungen von dem Latein-Reden der studirenden Jugend zu Breslau, ein Gutachten des 1709 verstorbenen Rectors zu St. Elisabeth Martin Hanke. (Programm zum Jubiläum des Rectors C. G. Anton in Görlitz.) 1853. 4°. — Friedrich von Gentz Briefe an Chr. Garve (1789—1798) Breslau 1857. 8°. — Ueber die Schul- und Kirchenordnung des Rathes von Breslau vom Jahre 1528. Programm zum 25jährigen Jubiläum des Prorector Dr. Lilie und des Professors Dr. Sadebeck, 1860. 4°. —

Die Directoratsgeschäfte hat seit Anfang April des vorigen Jahres der Prorector geführt. Im November 1869 wählte der hochlöbliche Magistrat zum Rector des Magdalenäums den bisherigen Director des Gymnasiums zu Hirschberg, Herrn Dr. Heine. Unsere Schule sieht seinem Eintritt mit den freudigsten Hoffnungen entgegen.

Im Lehrer-Collegium haben folgende Veränderungen stattgefunden. Am Schluss des vorigen Schuljahres schieden aus demselben der 11. ordentliche Lehrer Herr Dr. Mayhoff, indem er einem ehrenvollen Rufe an das v. Vitzthum'sche Gymnasium in Dresden als Oberlehrer folgte. Der 9. ordentliche Lehrer, Herr Dr. Guttmann, der, seit Ostern 1868 beurlaubt, vorläufig das neu zu begründende Progymnasium in Ohlau geleitet hatte, wurde zu Ostern 1869 definitiv zum Director dieser Anstalt ernannt. Er trat am

1. Juli aus dem Lehrer-Collegium, da an diesem Tage sein Urlaub ablief. Beide genannte Herren, der letztere seit Ostern 1865, der erstere seit Michaelis desselben Jahres am Magdalenäum beschäftigt, haben sich durch volle Hingebung an ihren Beruf, durch die Gründlichkeit und das Anregende ihres Unterrichts, durch Treue und Umsicht in der Führung der ihnen übertragenen Ordinariate die gerechtesten Ansprüche auf den Dank des Gymnasiums erworben, welches ihnen ein ehrenvolles Andenken bewahren wird.

Die Vertretung des Herrn Dr. Mayhoff wurde mit Genehmigung des Königlichen Provinzial-Schul-Collegiums dem Schulumtscandidaten Herrn Dr. Pohla übertragen, welcher, um den Rest seines an der Realschule zum heiligen Geist begonnenen Probejahrs zu absolviren, am 6. April 1869 beim Magdalenäum eintrat. — Die beiden erledigten Lehrerstellen wurden durch den von der Königlichen Aufsichtsbehörde bestätigten Beschluss des Magistrats in der Weise wieder besetzt, dass die Herren Dr. Winter, Dr. Förster, Dr. Täschner, Dr. Blümner in die nächst höheren ordentlichen Lehrerstellen, Herr Dr. Engler in die zweite Collaboratur ascendirten, die Herren Schulumtscandidaten Wegehaupt und Dr. Pohla als resp. 3. und 4. Collaborator angestellt wurden. Die beiden zuletzt genannten Herren wurden am 19. October 1869 in der Sitzung des Magistrats vereidigt. Dieselben haben über ihre bisherigen Lebensverhältnisse Folgendes mitgetheilt:

Wilhelm Wegehaupt, geboren am 13. Februar 1845 besuchte seit Ostern 1854 das Magdalenäum, bestand daselbst Ostern 1863 das Maturitäts-Examen und widmete sich bis Ostern 1867 dem Studium der Philologie auf den Universitäten von Breslau und Leipzig. Nachdem er im December 1867 die Prüfung pro facultate docendi bestanden, begann er zu Neujahr 1868 sein Probejahr an der Realschule am Zwinger hierselbst, von wo er zu Ostern desselben Jahres an das Magdalenen-Gymnasium überging.

